

Andreas Daniel Habichhorst Jodocus Wennemar Ostermann


**Controversissimum Evaे Triverbiu[m] [...] Genes. IV. I. tanquam Illustrissimum Fidei Priscorum V.T.  
Fidelium In Messiam Deum-Hominem Argumentum, Plenius Consideratum, A Variisque Variorum  
Heterodoxorum Corruptelis Planius Vindicatum, Dissertatione Theologica ... In ... Mekelnburgensium  
Universitate ... Facultate Theologica approbante, Praeside Andrea Daniele Habichhorstio, S. Th. & Phil.  
Doct. ac Prof. Ord. suaeq[ue] FCtatis h.t. Decano, Publ. syzthsei ... exponit ...**

**2 : ... ad d. 19. April. hor. mat. 1684. ... Gotofredus Neugebauer/ Vratisl. Silesius**

Rostochi: Weplingius, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756903378>

Band (Druck) Freier  Zugang 



79

Fa-1092 (79.)

1. Jo. Georgii Abichtii Annus dñi god ubi dñ frater libuphysy ergutte:  
sua Pissflas, dñi jñ Marissia fons dñ giammar. Cittad. 1795.
2. Lw. Bern. Kenned Castigacionis in Pestalozzii Wertheimense  
Jan. Lips 1737. m.
3. Ion. Con. Schramm de spiritu Debet anima mundi ad Gen 1.  
2. Helvst. 1738.
4. Jo. Prischneidius de seductione serpentis antiqui ad Gen III. Lips Jan 1675.
5. Sileneani Andreae Riccius serpens iste antiquus seductus ad Gen.  
1. Lips 1606.
6. Jo. Petrus Steinkopfus de posse serpenti irragata ad Gen III. 14.  
13. Tab. 1736.
7. And. Dan. Habichtius de tricerbis Euæ ad Gen IV. 1. Tab. 1703.
8. Nicol. Möllerus de ritibus festi expiationum ad Leviticus XVI. fest. 1704.
9. Herr. Klaupius de 1779 1785 ad Gen XII. 6.7. Lips. 1797.
10. Jo. Christi. Einick de manu dephra honoraria ad Gen XLVIII. 14. 1707.
11. Friedr. Lebrecht Göppius de lxx palinis in Dein repetitis ad Exod  
XVII. et Num XXVII. 14. 29 Lips. 1794.
12. Paul. Schopphaeius de his Agag ejusque iebus alio iste.  
iis ad Leviticus XVI. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 1796.
13. Jud. Christo. Beckius de donis mortis hanc offereadis ad Leviticus  
14. Lips 1787.
14. Joh. Gottfr. Lackenachri conuentatio in loca quædam C. III.  
15. Michael. Helvst 1729.
16. Herr. Ottius de Crotti et Plethi gen 1672 regis 1684
17. Jo. Leon. Zeckerbergerus de fagiis vinenis ad 4  
lans XXV. et 29. Jan 1729.
18. Carl. Friedr. Cobanus de Syria Zoba ad 2. lans VIII. 3. 14. Mittel 1723
19. Christo. Braunhardtus de Heropharlis fadacorua. p.  
2. Reg. XI. 111. 5. Witceb. 1680.

19. Aegidius Braunius de vita Rechabeam. ad 1 Reg XII. folio 1683.  
 20. Christi. Kordtulus de Iobi theologia evangelica. fol. 1687.  
 21. Christi. Aug. Hercules de officia regia Götting. 1796.  
 22. Jon. Con. Schrammius de variis contra Christum Del filium conflictis  
     ad Ioh 11. folio Holmst. 1727.  
 23. Jo. Frischenthalus de Messia Dts filio. ad Ioh. II. 7. fol. 1676.  
 24. Jon. Con. Schrammius de meijestate Christi redentoris ad Ioh VIII. folio  
     1727.  
 25. Jo. Christi. Heberstallius de dispensacione et confess. Ioh. XVIII et  
     2 Lam Cap XXII. Lips. 1796.  
 26. Jon. Con. Schrammius de Christo in extremis omnis evangelio.  
     XXII. Holmst 1727.  
 27. Joh. Frischenthalus de Eli. Eli Lanu. Sabachthani ad Ioh XXII. folio  
     1727.  
 28. Jon. Con. Schrammius de triumpho Christi iustoris ad Ioh XXIV. folio  
     1727.  
 29. Iacobus de verbis Christi ultimi monitoris ad Ioh XXXI. folio 1727.  
 30. 31. Jo. Frischenthalus de via in illa Christi pro reatu se tradidis  
     hoccia ad Ioh XI. fol. 1672.  
 32. Jo. Bern. Gahrmus vita uita in דָבָרְךָ יְהֹוָה בְּגִיאַת Region. fol. 1727.  
 33. Jo. Barth. Bertholdus de laetabili gestu sub N. T conuincione  
     ad Ioh 17. 2. Act. 1794.  
 34. Jo. Frischenthalus de primo quod in Messia fiduci expectaverat  
     ad Ioh XI. 1. fol. 1686.  
 35. Iacobus de secundo. tertio et quarto charactere ad Ioh 1686.  
 36. Jo. Georgius Abichtius de vitorae Domini aeternae. ad Ioh XXIII.  
     6. Lips 1712.  
 37. Jo. Frischenthalus de non granada area foederis restitutio  
     ne. ad Ioh III. 14. fol. 1688.  
 38. Joh. Phil. Oheimius de secundis aegies fagi entibus ad Ioh. VIII.  
     fol. 1688.  
 39. Joh. Ant. Quenstedius degredi se ei datus est Christo ad Ioh.  
     XXIII. 5. fol. 1666. Lips. ad. 1714.

40. Jo. Kriechnath de Noviis. Principis glorijs ad forem XXIII. 6. Jan 1669.  
1. Pan de foedere novi. ad forem XXXI. 31. 32. Jan 1671.  
42. Pan de Melcheth soli ad forem XII. 17. 18. 19. Jan 1669.  
43. Frdr. Ketrenus de signatura sagittaria eius ad forem IX. 3. 4. 5. 6. Iijja  
44. Jo. Gottlieb. Laeckemannus de gloriadis Nobum regis aureo  
Dan III. 1. Helfft 1730.  
45. Jo. Cos. Schrammius de initio regni Christi in historis invisione Da-  
nielis ad Dan VII. v. 10. 14. 19. 20. Helfft 1734.  
46. Jo. Frischmuthus de LXX hebreomadibus eorumque divisione ad  
Dan 18. v. 26. Jan 1671.  
47. Pan de Mesiae expositio et Hierosolymae desolatione. ad  
Dan 12. 26. 27. Jan 1672.  
48. Jo. Cos. Schrammius de novissimo prophetarum diffuc-  
tissimo vaticinio ad Dan VIII. v. 2. Helfft 1734.  
49. Jo. Adam. Querfeldius de Nominaliis ex regia et Bischöflic.  
ad Nach V. 2. Mittel 1670. reuig. 1682.  
50. Jo. Frischmuthus de gloriosa templi secundi. ad Hagg II. 7. 8. 9. 10. feb 16  
51. Pan de XXX argenteorum prebiis quo Messias a fundatis bis-  
matus est ad Zakh XI. 12. 13. feb 1672.  
Pan de Ecclesie configo ex quo istud originitatilium plegma.  
52. ad Zakh XIII. 10. feb 1660.  
53. Jo. Adam. Scherzerus de aspectu fundacionis in Messian  
transpositionem ad Zakh XII. v. 10. reuig. Mittel 1735.  
54. Jo. Frischmuthus de angelo foederis ad Malach III. 1.  
Iijz. Jan 1660.  
55. Joach. Christo. Baderius de idolatria gentilium ad Lappi.  
2. Rofft 1686.



# TRIVERBIUM EVÆ

CONTROVERSISSIMUM,  
GENES. IV. I.

FIDEI PRISCORUM V. T. FIDELIUM  
tanquam

## In MESSIAM DEUM-HOMINEM ARGUMENTUM ILLUSTRISSIMUM, DISSERTATIONE THEOLOGICA SECUNDA

PLENIUS EXPENSUM PLANIUSQUE DEFENSUM,  
in illustri antiquaq; Mekelnburgensium UNIVERSITATE, qvæ ROSTOCHI est;

Auspice Deo-Homine,  
Venerabili FACULTATE THEOLOGICA approbante,

P R A E S I D E

## ANDREA DANIELE HABICHHORSTIO,

S. TH. & PHIL. DOCTORE ac PROFESSORE ORDINARIO,

publicæ et privatae Academicae

In novo Auditorio Majori

ad d. 19. April. hor. mat. 1684. exponit


## GOTOFREDUS Neugebauer/

Vratisl. Silesius.

---

Rostochi, Typis JACOBI RICHELII, Senat. Typogr.

6



*Praestantissimo planèque Ex imo VIRO- JUVENI,*  
**DN. GOTOFREDO Neugebauer**  
Meo in Theolog. Ebraicis & Historicis Auditori  
singulariter assiduo dilectoq;

De

*Controversissimo EVÆ CAINUM parientis EFFATO*  
**TRIVERBIO non QVADRIVERBIO,**  
Contra Novatores aliosq; Heterodoxos  
publicè disputatur  
*FELICITER!*

**GOTOFRIEDUS NEUGEBAUERUS.**

*Anagr.*

**TU DEO EGREGIUS NOVUS FABER!**

**G**O TOFREDE, *novus quantumvis Conditor audis,*  
*Dogma Novatorum non tamen inde probas;*  
*Solida sed Veterum seqveris vestigia, cuius*  
*Hæc etiam locuples pagina testis erit,*  
*Dogma Novatorum de prima Matre retundens,*  
*MESSIAMque docens hanc statuisse DEUM.*  
*Euge, novo novus hic Te SPIRITUS insinuat ausu,*  
*Ut novus evadas egregiusq; Faber,*  
*Atque novo Cœli flagrantia semper amore*  
*Corda DEO formes adificesq; precor.*

*LMq;*

**A. D. HABICH HORST, D. & PP.**

**P**ulpita dum rosei concendis docta Lycéi  
Præside Theologo, grator, Amice, tibi.  
Sic animi dotes, sancti specimenq; laboris  
Et Patriæ & nobis non sine laude probas.

*Perge*



Perge placere bonis, Domino sic perge placere,  
Virtutis fructus sat eitò ritè metes.

Cum voto felicissimi progressus paucula bec add.

M. JOHANNES MAURITIUS POLZIUS,  
ad S. Johannis P.

O Bicurè breviterque Tuas conscribere laudes  
Ipsa, prout fas est, res negat atque vetat.  
Longius &, quamvis vellem, prescribere carmen  
(Ignoscas quæso) plurima jam prohibit.  
Sat prolixa tamen tua laus, quod, snavis Amice,  
De re non minimâ verba, dilata facis.  
Unde capis quæstus fructu durante per annos,  
Sicque tenes verum ritè Virum Dominum.  
Gratulor &, fausto sacrum, precor, omne vertat  
Hoc studium, studii præmia suntque Tui;

Gratulab:  
Amico suo

M. DANIEL Lissmann/Rig. Liv.

Was Even Meinung sey/ da sie ihr erstes Kind/  
Den Rain/ brachte herfür/ und sprach dabei geschwind:  
Ich hab den Mann den Herrn! das wird hier aus dem Grunde  
In dieser Schrift gezeigt/ und mit gelehrtem Mande  
Von dir/ mein werther Freund/ beschützt und gelehrt.  
Bleib in der Tugend-Bahn/ so wirst Du seyn geehrt!  
Es hat die Tugend Dich von Jugend auf regiert/  
Die auch nachgehends D JE H zum Zwek der Ehren führet:  
Fahr glücklich allezeit/ betrachte fort und fort  
Mit Fleisse/ wie du thust/ des Höchsten theures Wort/  
So wirstu ferner seyn der Eltern Lust und Zierde.  
GOTT segne deinen Zwek/ erfülle die Begierde.

Dieses wünschet von Hergen dem Herrn Respondenti  
Neugebauren/ als seinem sonders werthem Freun-  
de schuldigster machen

JACOBUS Burgmann/Pom.  
S. S. Th. Stud.



כָּרֶשׁ

**M**agnum omnino desiderium fuisse, quod ad Messiae Seminis benedicti, in Paradiso jam promissi, adventum agebat meritum, qui prisco vixere aeo, fideles, ut vel inde etiam Messias veredici mereatur חִמְרָה, sive desiderium h. e. desideratissimus Hagg. 2. 8. vel מַחֲרֵי כֹּל i. e. totus ipse res expetibiles s. desiderabiles Cantic. 5. 16. sacra passi historia testatur. Sane enim ipsa πτωθεύη Εβαλuo jam tempore tenerissimo adventus hujus urgebatur desiderio, quando Cainum pariens sua sic ora resolvebat: קָנֹתִי אֵיתָ אֶת וּדְוָה, genui virum Dominum. Quod effatum, cum sic satis sit momentosum & controversum, utut verborum numero planè exiguum, si enixius paulò plusqve consideraverimus, idemqve illustrissimum fidei Eve in Messiam, Deum - Hominem, continere argumentum, planius consilio fontis Ebraei, ostenderimus, non omnino nullum capere nos posse operæ nostræ fructum existimavimus. Fontis inquam Ebraei consilio: Hoc enim destitutus neque certus ipse desensus nūq; loci hujus & similium esse, neque ἀνιλέγοντας ἐλέγχουν καὶ Πτισσούς εν valebit. Ut vel hinc appareat, quām necessaria Theologo sit exquisita Ebraicorum cognitione, quāmqve horummetignarus vel leviter illis instructus, utut cetero qvi sit acutissimus & dexterissimus, non possit non in interpretandis Scriptuarum V.T. locis, tanquam in nocte illumi errare, &, dum optimam sese interpretationem sequevi opinatur, pessimam amplecti. Et hoc ipsum multis quoque Interpretibus circa prælens contigisse effatum, ex Dissertatione præsenti sic satis apparebit. Ne verò ἀπεριδωγ procedamus, duabus præcipue sectionibus considerationem loci includemus, & prior qvidem genuinum loci SENSUM, posterior verò orthodoxum ejus USU M evolvet. Cui conamini nostro gratiam & Spiritum Messiae Dei-Hominis, quem Eya desiderabat, de votè precamur.

A

SE



SECTIONIS I.

De

GENUINO LOCI SENSU  
MEMBRUM I. *אָרוֹן כְּלָשׁוֹן*  
Punctum I.

Varias recenset Versiones.

§. 1. Genuinum verò Loci SENSUM indagaturis tria præcipuæ  
ribus omnino Membris evolvere incumbit. Et quidem Membrum I.  
*אָרוֹן כְּלָשׁוֹן* varias Loci versiones & interpretationes recen-  
sabit hujusque varietatis causam præcognoscet. 2. *נוֹתֶן כְּלָשׁוֹן*  
pro instruendo & adstruendo genuino sensu locum Gramatico-  
Philologicè & Logicè relolvet, pluribusque argumentis cùm ex-  
analysis tum aliunde petitis genuinam interpretationem firmabit.  
3. *אָרוֹן כְּלָשׁוֹן* adversas falsasque interpretationes destruet no-  
stramq; ab exceptionibus liberabit.

§. 2. Qvām varias verò interpretationes Locus hic sit natus, pri-  
mò variæ ejus Versiones ostendunt, qvæ hic seqvuntur:

Targum Onkelos reddit: קָרְבָּן יְהִי  
*Acquisivi virum à conspectu Domini*.

Targum Jonathan habet: קָרְבָּן יְהִי  
*Acquisivi virum Angelum Domini*.

Versio Syriaca: קָרְבָּן גַּבְרָא לְמַרְגֵּן *Acquisivi Virum*  
*Dominum*; alii reddit *Dominum*.

Versio Arabica: Jam accepi Virum à DEO vel ex parte DEL.  
Versio Samaritana: Acquisivi hominem à Iebova.

Versio Græca τὸν ΛΧ. Εὐηγγείλω αὐτῷ πατέρα Αἰχέλιον,  
qvam interpretatur seqvens.

Vers. Latina Vulg. Posedi Virum per DOMINUM.

Vers. Germ. Lutheri. Ich habe den Mann den Herrn.

Vers. Belgica; Ik hebbe eenen Mann van de Heere verfragen

Punctum. II.

Versionum harum varios Sectatores pluresque

Loci interpretationes refert.

§. 1. Variantes haec versiones varios quoque nactæ sunt Patro-  
nos vel Sectatores pluresque interpretationes. Et quidem Chaldai-  
cam

Sam Onkelosi, Arabicam, Samaritanam & Belgicam (a Domino i.e.  
Dei gratia) seqvuntur Junius & Tremellius, Piscator, Munsterus, L' Empereur &c. Qyanqyam alii Paraphrastæ Onkelosi verba aliter interpretantur, putantes ipsum hac phrasí idem voluisse, qvod Ebræi, cum dicunt לְפָנֵי יְהוָה DEO vel coram Domino, q.d. qui nobis defunctis Deum sincerè colat & coram eo ambulet.

§. 2. Cum Græca /w/ LXX. & Vulg. (per Dominum) omnes ferè Patres faciunt, exponentes ijlud אלף per Deum de gratia auxilio & favore divino. Eandem quoq; Grotius & Corn. à Lapide exosculantur.

§. 3. Ab his verbo tantum non re abludunt alii, qui interpretantur cum Domino, ita ut Præpositio cum vel notet causam sociam, vel cause supremæ influxum s. auxilium & gratiam. Priori modo ex Ebrais R. Salomo Jarchi & R. Salomo ben Melech expoununt. Et ille qvidem Evam sic introducit loquentem ad h. 1.

את הוה כמו עם ה כשברא אַתָּה וְאַתָּה איש רבו  
בבראו, i.e. Ethyeborah, quasi dixisset, cum Jeborah: quando creabat me & maritum meum, solus creavit nos, sed in hoc cooperati sumus ei. Hic vero in Michlal 30. pbi ita: המצאת בועלך איש שלא היודע בראיות  
באחר ממנה וקניתין עט השם כי הוא שם בוחלך  
i.e. eduxi in mundum virum, cuius origo non fuit sicut unus ex nobis: acquisivi enim eum cum Domino: Dominus enim partem ei addidit inspirando ei halitum. Posteriori modo ex Cbrisianis interpretantur Arias Montanus, Angli, Belga, Tigurini, Opus Anglic. πλανη. Præcipue illam propugnat Drusius, Comment. ad loca difficil. quem seqvuntur Sixtinus ab Amama in Antib. Bibl. & Rivetus Exerc. 42. in Genes. Cum quibus etiam Mercerius. Junius quoque in notis hanc interpretationem laudat inqviens: nisi forte ut Hieronymus interpretetur σὺν Θεῷ.

§. 4. Eandem quidem versionem (Cum Domino) tueri etiam conatur Razius Prof. Upsal. in App. Diff. de Ruben & Dudaim 4. in Annor. ad versionem capituli 4. Genes. à se adornatam p. 174. nihilominus tamen ibid. p. 175. exempla vel scripturæ loca pro-  
ducit

A 2

ducit



dicit (inferius M. 3. punct. 1. retundenda) quibus eorum quoque versionem probare videtur, qui reddunt à Domino, præcipue Chaldaicam Onkelosi. Quid? quod ibid. p. 168. peculiarem loci nostri versionem exhibet, qua quidem cum Autoribus præced. §. nominatis יְהוָה אֶחָד וּזֶה vertit cum Domino; sed tamen novis omnino dictisque Autoribus nunquam auditis utitur telis, dum vocem שַׁׁיִם proprium primogeniti Eve nomen; Kain verò Appellativum, esse contendens, hunc locum ita vertit: genui Isum cum bono Deo.

§. 5. His Versionibus & interpretamentis contrariatur Calvinus ac Paræus, item Syriaca juxta nonnullos: quasi Mater filium Deo tanquam primitias sui generis offerat; vel quasi Eva lapsus sui memor significare voluerit, hunc Cainum fore, qui posthac melius DEUM sit culturus, quam quidem Parentes. Qvanquam alii putant יְהוָה versionis Syriacæ non necessariò esse Dativi, sed gravissimè etiam Accusativi notam.

§. 6. Lutherus in Germ. Bibliis à se editis, etiam ultimā correctione, per Genitivum expressit. Ich habe überkommen dem Mann des Herrn. Quod in comment. Germ ad Gen. Tom. 4. Jen. exponit: den Man Gottes oder mit Gott q. d. Virum à Domino mihi promissum, uti explicat in Comm. Latino, promissum sc. in illo Gen. 3. 15.

§. 7. Alii denique rectius cum Targum Jonathan per Accusativum reddunt, ut h. l. sit Appositio inter præcedens appellativum שַׁׁיִם & nomen divinum יְהוָה, hoc sensu: possedi virum Dominum, q. d. jam ego per generationem possideo semen illud mulieris, Virum illum caput serpentis contritum, qui adeo non tantum homo sed & Deus est. Qvam Versionem & sententiam amplexus est Lutherus in explicatione ultimorum verborum Davidis, quæ deinceps etiam Bibliis ejus inserta fuit. Et licet eandem Calvinus & Asecla ejus Junius, Paræus, Piscator, Drusius, Rivetus, Sixt. ab Amama, item Angli, Tigurini, Genevenses aliquæ acriter perstringant & rejiciant, nostrates tamen Theologi & Philologi γραντιος, Lutherani, Gerhardus, Glassius, Helvicus, Franzius, Waltherus, Dn. D Calovius, D. Varenius, Dn. D Wasmuthius, aliquæ mutatam loci versionem gravissimè defendunt. Qvanquam Hakspanius varias intuitus sententias, in Notis Theol. & Phil. ad h. l. nihil est ausus deciderit, sed

sed sententiam suam maluit suspendere his verbis: *Ego in tanto  
sententiārūm divertio amplius cogitandum censeo.*

§. 8. Neq; dissimulandum est non omnino nullos ex nostrisibus versionem hanc quidem facere suam, non tamen probare communiorem illam versionis hujus interpretationem, qvod Eva, cum haec verba pronunciaret, Cainum putaverit esse illum Virum-Deum s. promissum Messiam, sed opinari, i. Evam cum enixa esset filium suum primogenitum, recordatam Messiae sibi & marito suo promissi, qui futurus esset *Iehovā* statuisse, qvod etsi illum in carne non videret, possideret tamen *in vera fide aliquando futurum Virum-Iehovā*, ideoque consilium hoc cepisse, ut filio huic suo boni omnis causā nōmē imponeret *Cain*, tanquam perpetuum fidei suæ testimotium, q.d. *Ego scio me verā fide possidere alium aliquē masculum virum*, ipsum scil. *Jehovā*, qui non sit tam infirmus puer, ut est hic filius meus &c. Sententia hæc est *D. Seb. Schmidii ap. Argent. Prof. in Colleg. Bibl. p. 1. p. 155. quam D. Galovius in Bibl. illustr. commendat. Eadem quoque in dubiis suis vexatis assentiri videtur D. Pfeifferus.*

### Punct. III.

*Varietatis versionum harum & interpretatione-  
rum causam præcognoscit.*

§. 1. Causa vero tot tantopereque variantium versionum & interpretationum præcipua est varia Ebraea & momenta in hac controversia particulæ נ נ acceptio, ejusdemque genuina significationis & constructionis ignoratio; quam adeo causam hic statim præcognoscere & quomodo laudati Interpp. eandem accepint indigitare, atque ita accessum ad *Geor. Wasing* præparare haut pigramur.

§. 2. Onkelos enim, Arabs, Samaritanus & Belga, item Junius, Tremellius, Piscator & alii præced. punto §. 1. nominati, reddentes à Domino, putant נ נ respondere hic ת ו נ ד, ex, vel dari hic ellipsis literæ consignificativæ נ ד, ut positum sit נ נ pro נ נ, productis locis Deut: 34. 1. 2. Reg. 23. 35. collato cum Deut. 15. 2. 3. Jer. 51. 19. Gen. 44. 4. &c.

S. 3.



§. 3. LXX. Vulgatus, Grotius & alii eodem punto. §. 2. allegati reddentes: *per DEUM*, opinantur esse præpositionem & significare *per*.

§. 4. Alii v. scilicet *Ebrai* & *Christiani* præced. punto §. 3. citati R. Sal. Jarchi, R. Sal. ben Melech, Arias Montanus, Drusius, Sixtinus ab Amama, Rayius &c. vertentes *cum Domino* existimant *HN* hic esse præpositionem, idemque valere quod *HN* y. Calvinus v. & Paræus interpretantes *Domino*, putant *HN* h. l. esse Dativi notam.

§. 5. Lutherus in Germ. Bibliis à se editis reddens: *Ich habe den Mandes H̄erren/ arbitratus est *HN* Genitivi esse notam vel Accusativum pro Genitivo possum.*

§. 6. Targum v. Jonatham & Lutherus in Expl. ult. verb. Dav. aliquo *γνησιως* Lutherani §. 7. adducti, vertentes: *posedi Vi-*  
*rum Dominum s. Angelum Domini*, particulam *HN* pro Accusati-  
vi nota, quæ duo substantiva, alterum appellativum *שׁנ*, alterum  
proprium *לְהָרֹן* per appositionem hic conjungat, acceperunt;  
quibuscum & nos facimus, jamjam sequenti punto I. mem-  
2: particulae hujus ceterarumq; vocum genuinam significationem  
& acceptiōnem exposituri.

M E M B R. II. *naGordasnev*  
instruens & adstruens.

Veram & genuinam Loci interpretationem.

Punct. I.

*Locum Grammatico-Philologicè resolvit.*

§. 1. Visis hactenus variis loci versionibus & interpretamen-  
tis, causâque varietatis præcognitâ, nunc ad *naGordasnev* pro-  
cedentes, causam illam varietatis, exponendo genuinam dictæ  
particulae *HN* significationem & constructionem, præscindemus,  
proqve instruendo & adstruendo magis magisque Loci sensu ge-  
nuino, ipsa etiam Loci vocabula Grammatico-Philologicè re-  
solvemus, mox ad Logicam Analysis progressuri, & hinc plu-  
riū argumentorum pro genuina Loci interpretatione militanti-  
um aciem instructuri.

§. 2. Cum ergo in solida particulae hujus Ebrae expositi-  
one

one tota fermè controversi sensus cardo vertatur, ànte omnia illam, anteqvam ipsas Triverbi voces resolvamus, breviter instituemus. Nam (1) præcipue & regulariter particula illa, post verbum Activum si transitivum immediate posita, est **Accusativi casus nota**: qvomodo septuagies ferè septies à primo Gen. Cap. usqve ad 5. inclus. & millies alibi adhibetur. Exceptionem vide seq. n.3. in Nota. (2) Qvod si verò duobus Substantiis, qvorum alterum est Appellativum, alterum v. plerumque Proprium, post Activum, à qvo reguntur, interposita fuerit, ordinariè importat Appositionem Accusativorum. e.c. Gen. 26. 34. **וַיְקֹחַ אֲשֶׁר־אָתָה עִמָּךְ וְזָהָדִית־** **Eduxit uxorem Iudibam.** Vid. plura seq: punct. 3. §. 3. (3) Cum Verbo intransitivo si Neutro constructa est **prepositio** & valet idem qvod **בְּ** cum e.g. Gen. 5. 22. **הַהְלֵל אֲתָה אֶלְهִים** **ambulavit cum DEO.** 2. Sam. 7. 12. **Occumbes cum Patribus tuis**, qvod Gen. 47. 30. exponitur per **בְּ**. conf. Gen. 6. 9. c. 44. 4. Exod. 1. 1. 2. Sam. 15 II. c. 19. 31. Ps. 143. 2. &c. Ubi notandum qvod qvidem post verbum qvoqve Activum talis consistat positus **בְּ** pro **עִם** **cum**; verum nunquam nisi (α) mediante alio nomine (sicut aliquando paululum trajeccio) vel pronome affixo, cum qvo verbum Activum jam est constructum e.c Jes. 28. 15. **פְּגִימָנוּסְפֶּדֶעָ** **מֵתָה cum morte**, unde mox exponitur per **עִם**, et ibid. additur **וְעַתָּה שָׁאֵל** **בְּ** **casu inferno** Gen. 43. 3. **לְאַכְרֵב אֲתָה הָעָבָרִים לְחַ-** **ad comedendum cum Ebraeis panem.** Gen. 15. 18. Eccl. 1. em. Jes. 63. II. **רַע יְצָאָנוּ** **educens eos cum pastoribus gregis sui** (β) nisi cum affixis pronominibus e.c Gen. 9. 10. II. **מִקְרָב אֶתְרִיוֹת אֶתְכֶם וְאֶתְתֶּן** **זְרוּעָם** **אַחֲרָכֶם** **בָּרוּעָנוּ fedus meū vobicum** **וְcum semine vestro** post vos. (4) Interdum qvoqve post verba copia & inopie neutra & passiva, item post alia neutra **ellipse** ponitur pro **מֵאַת** 4. ex, qvod cum verbo Activo nunquam obtingit; si v. obtingat, certè aliud nomen vel pronomen, cum qvo verbum Activum jam est constructum, intercessit, e.c Ezech. 10. 4. **וּמְלָא דְּבַרְתָּה אֲתָה** **הַעֲבָן וְחַצֵּר מֶלֶאָה** **אֲתָה נְגַהָּה כְּבוֹד יְהוָה** **Et impleta est dominus à nube** **Catrium plenū fuit à splendore gloria Domini:** Conf. Jer. 6. II. Joel. 2. 19. &c. §. (5) Sæpe etiā Passivis & Neutris juncta notat Nomi-

genitivo e. c. Gen. 17. 5. *Nos uocabitur ultra שָׁמֶן* *nomen eorum;* sic  
Gen. 18. Exod. 10. 8. Nehem. 9. 29. Dan. 9. 13. &c. (6) Rariūs juxta nomi-  
nūlos etiam Genitivū notat e.c. Jes. 11. 9. *p lēna est terra* *וְעַד*  
*לִירְאָה אֶת יְהוָה* cognitione Domini, Deut. 10. 12. *לְפָנָיו עֲרָה וּלְמִסְעָה*  
*אֶת הַמְחֻנָּה* ad timorem Domini Num. 10. 2. Et erunt *עֲרָה וּלְמִסְעָה* *אֶת הַמְחֻנָּה*  
*אֶל מִשְׁאֹת אֶתְךָ* ad convocationem cœtu & ad translatio-  
nem castrorum (turmarum) Ezech. 17. 9. *אֶל מִשְׁאֹת אֶתְךָ* ad  
sublationes ejus. Sed rectius his aliisque in locis Accusativū per  
Ebraismū statuitur pro Genitivo positus, ita ut nomen Verbale  
sive absolutum, ut רַעַנָּה cognitione Jes. 11. 9. sive constructum, ut רְמַסֵּעַ  
translatio Num. 10. 2. mediante particulā אֶת (ordinariè Accu-  
sativi notā) regat verbi sui casum sc. Accusativum, & sic expona-  
tur: cognitione Dominimi. e. Domini vel cognoscendo Dominum  
Jes. 11. 9. Ad translationem castra i. e. castrorum, vel ad transfe-  
rendum castra. (7) Cum præfixo מ idem notat quod simplex  
vel מ i.e. ex. e. c. Gen. 25. 10. קְנָה אֶבְרָם מֵאֶת בְּנֵי חֶרְשָׁן  
emis Abramam à filii Cheth Jes. 54. v. antep. אֶמְאֵן, abig-  
me (8) in compositione cum Affixis levibus, particulæ hujus vo-  
cali ordinariâ Tsere in Cholem, & cum Affixis gravibus in Segol  
mutata, est Accusativi nota. אֶתְכֶם אֶתְךָ vos; sed mutato  
Tsere in Chirek & נ dageslato cum Affixis, notat prepositionem  
cum. Conf. 1. c. Gen. 9. 10. 11. qvanquam & rariūs in hac significa-  
tione reperitur cum Cholem: אֶתְכֶם metum Jer. 20. 11. &c.

§. 3. Has certè particulæ hujus significatio[n]es & constructio-  
nes haud curatè discernentes, sed imperitè confundentes plurimi  
Interpp. tam variè, ut suprà relatum est, hunc locum verterunt,  
atque à genuino loci sensu tantopere abluserunt. Nostrâ verò sen-  
tentia hic nulla alia particulæ hujus acceptio & constructio locu[m]  
habet, qvam prima & secunda, qvâ post Activum (uti hic  
קְנָה i.e. acquisivi generando vel genui) posita semper & regu-  
lariter notat Accusativum, imò & duobus Substantivis post Acti-  
vum interposita (uti hic inter שְׁאַל אֶת יְהוָה) ordinariè importat  
Appositionem duorum Accusativorum, ut sit lensus: genui Virum  
יְהוָה Jeboah. Qvam loci interpretationem & particulæ נ constructionem  
solidè paulo pōst adstruemus & defendemus, cum  
ipsum qvoq; triu[m] hujus effati vocum Analysisi præmiserimus.

§.4. Prima autem vox קְנוּחָה, qvæ est i. p̄st. Kal. commis-  
nis pro קְנוּחָה mutatā sc. 3. R. קְנוּחָה ante præteriti in', est à R. קְנוּחָה  
qvæ significat acquisivit, comparavit (qvo cunque modo id fiat) &  
cum ex acquisitione sequatur possessio, significat etiam possedit,  
in potestate habuit. Cum autem varijs dentur modi, qvibus ac-  
qviiri compararique res aliqua potest, hinc verbum illud primò &  
per se nullum significare modum & rationem potest; sed rationes  
istæ particulares ex natura & conditione rerum, qvibus applican-  
tur, vel ex substrata materia sunt cognoscendæ. Qvandoqvidem  
ergo alia per creationem, alia per generationem, qvædam per em-  
ptionem, nonnulla per redēptionem, alia deniq; aliis modis compa-  
rantur & acqviuntur, hinc pro materia illa substrata Radix ista,  
ceteroqvi indifferens, determinatam significationem sortitur.

§.5. Modò enim significat creavit, qvando sc. de coeli ter-  
ræque conditore adhibetur, e.c.Gen. 14. 19. 22. קְנוּחָה שָׁמֵיָת וְאַרְצָה  
possessor (creator) cœli & terra LXX. ἐστιλοε, Vulg. qui crea-  
vit. Modò generavit l. acquisivit generatione, qvando sc. de ge-  
neratione vel nativitate alicujus usurpatur, uti h. I & Prov. 8. 22.  
qvem locum, sic satis illustrem nostrumqve simul illustraturum,  
qvin urgeamus & nonnihil consideremus, facere non possumus:  
In eo enim usus hujus verbi satis emphaticè, in alia qvidem per-  
sona, in eadem tamen conjugatione Kal, inqve eodem tempore  
& numero occurrit, qvando Sapientia increata Filius Dei, de sc.  
ibi sic loquitur: רְאִישׁוֹתָךְ דָּרוֹכֶךְ קְנוּחָה יְהֹוָה Dominus posse-  
dit (generavit) me initium via sue. Qvod vero hæc verba non  
sint intelligenda de possessione extrinseca sed intrinseca, non de pos-  
sessione per creationem propriè dictam (qvomodo Arius olim e-  
jusq; Sectatores, Deitatem Christi neqviter impugnaturi, locum  
exposuerunt, eamqve creationem Filii Dei à Patre ex Græca τὸν  
LXX. versione probarunt, qvæ Ebraeum קְנוּחָה vertit: εὐθέας με i.e.  
creavit me, cum maximo priscom Ecclesiæ Patrum incommo-  
do: quippe qvos tanquam ἀριθμός illa LXX viralis versio ni-  
mium sollicitavit; qvanquam Græca versio non adeo hic errasse,  
uti qvidem vulgo putatur, sed vocem εὐθέας νατερησικῶς & im-  
propriè pro generavit, qvomodo & Latini dicunt: fortes creantur

B

C. G.



i.e. generantur) fortibus accepisse, imò nec corrupta hic versio illa, ut ēnīor̄ positum sit pro ἔκποτε, videtur: cum iidem LXX. idem verbum Καὶ Gen. 14. 19. reddiderint per καὶ εἰποῦσιν, & verbum καὶ non in Activa sed media voce usurpetur: quomodo non tantum reliqui Interpp. Græci Aqvila & Theodotio h. c. medium οὐδέποτε adhibuerunt, sed ipsi etiam LXX. Καὶ νῦν h. l. reddiderunt in media voce Καὶ τησιδεῖλμα - conf. Dispp. nostræ de Melchisedeco ad Gen. 14. Sect. 1. cap. 3. m. 4. Disp. 5. ) sed de possessione vel acquisitione per generationem sint accipienda, tum ex contextu tum aliunde satis probatur: Sapientia enim divina non est creata, neque creatio fuit ante creationem, anteqvam Deus qvicq; faceret à principio, neque creatio ab æterno est constituta anteqvam terra fieret &c. qvæ tamen omnia. c. de Sapientia divina prædicantur.

§. 6. Modò significat emitt., cum de emtione adhibetur; sive illa fiat argento similiue pretio Gen. 25. 10. 2. Sam. 24. pen. sive frumento Gen. 47. 23. sive jure consanguinitatis, affinitatis Conjugii Ruth. 4. 9. sive jure laboris & industrie Prov. 4. 15. sive alio qvocunq; modo Levi 27. 24. Modò idē est qyod redemit, qvando materia redemptio applicatur Exod. 15. 56. Modò cum emtione connotat educationem, cum de comparatione s. acquisitione hominis à puerō facta adhibetur. Ita à qvibusdam exponitur locus Zach. 13. 5. qvia homo קָרְבָּנִי comparavit (educavit) me à juventute. Sic Deut. 32. 6. Ief. 13.

§. 7. Sicut ergo ex tot locis jam productis abunde claret, verbum קָרְבָּנִי secundum substratam materiam & secundum varios, qvibus aliquid acquiritur, modos, varias sortire significationes; sicut & l. c. Prov. 8. de divina & æterna generatione adhibetur; ita & h. l. significare acquisitionem per generationem humanam sive per nativitatem temporalem & consequenter possessionem ex generatione ortam, materia, cui h. l. applicatur, satis superq; ostendit: Adam enim in proximè præcessd. verbis (1.) dicitur cognovisse Eavm, & hæc ipsa (2.) perhibetur concepisse ex conjugali cognitione, & deinceps (3.) peperisse Cainum, simulq; (4.) edito in lucem factu suo dixisse קָרְבָּנִי.

§. 8: Similiter vox secunda שָׁוֵן varias in scripturis significations habet. Nam (1.) propriè & in genere qvidem aliquando ad re:

ad representandum sexus discriminem in quacunq; etiam animatum specie, adhibetur, conf. Gen. 7.2. præcipue tamen & communiter de homine usurpatur, cum in genere, sine certa conditionis vel etatis respectu, tum in specie de marito Gen.3. & sic ei opponitur nomen (ab יָד derivatum) נָשָׁה mulier (2.) Synecdochice (ut & distributivè) pro homine sine sexus respectu, ita ut *Viros* aque ac feminas includat, accipitur & exponitur per quisq; &c. e. c. Ps. I. 1. Ps. 32. 1. Ps. 102. 1. Jer. 17. 5. 7. Joel 2. 7.8. &c. & sic cum נַל vel נָנָה universalem negativam significare solet. Qvomodo in specie exponendus est locus illustris Jes. 63. 3. ubi Vulg. Et de gentibus non est VIR meum & calcabo illor. Rectius: non est homo vel quisquam (h.e. neque vir neque mulier) mecum. Ut adeo ridendo se propinent indocti Monachi, qvi vulgata freti locum ita interpretantur: Verum est Domine, qvod non fuit Vir tecum; sed mulier (Virgo Maria) una tecum est in passione. Contrà Judæi, non obseruat̄ hac Synecdoche vel Ebraismo per artem Cabalisticam ex literis finalibus loci hujus וּמִיעָמִים אֵין אָשָׁה אָתָה וְאֶרְךָם i.e. ex gentibus non quisquam mecum & calcabo eos, ostendere conantur h.l. etiam mulieres includi vel à redemtionis opere excludi: finales enim productorum jamjam verborum literæ efficiunt vocem מְנֻשָּׁה i.e. ex mulieribus sc. non est ulla mecum (3.) specialemente sumitur per strenuo, qvi virili animo s. virtute & potentia præditus est, e. c. 1. Reg. 2. 2. 1. Sam. 26. 15. Et sic opponitur ipsi vox נָנָה Ps. 4. 3. Jes. 2. 9. Prov. 8. 4. qvæ vilitatem & fragilitatem connotat Ps. 118. 6. Sic & contradistinguntur filii נָנָה i.e. magnatum divitumq; filiis נָנָה i.e. plebejorum & pauperum Ps. 49. 3. Ps. 4. 3. Conf. & 1. Reg. 13. 1. Deut. 33 i ubi applicatur viro Dei & insigni Proph.

§. 9 Ex his autem vocis hujus acceptationibus optime h.l. quadrat illa, qva *hominem & Virum fortē eximiumque, virtute & potentia præstantem* notat. Adeoq; Eva non vocem נָנָה qvæ terrenum fragilemque hominem, neq; נָנָה, qvæ infirmum, neque נָנָה qvæ oppressum, neq; כָּרְבָּה qvæ masculum sexumq; connotat; sed insignem hanc vocem נָנָה adhibens, utique eximii quid respexisse certum est. Certè enim qvi caput serpentis conterere & genus humanum ex potestate Satanae liberare debuit, ille fortis eximiiq; & præstantis Viri, s. viri Dei, imo Dei ipsius nomen meretur.

B. 2

Hinc

Hinc etiam Christus καὶ ἔξοχες Vir à Deo appellatur Act. 22. 2.  
& Dominus Vir belli Exod. 15. 4. conf. Act. 17. 31. Joh. 1. 30. Non  
igitur facimus cum Sixt. ab Amama , qui vocem hanc de prole  
mascula, h.e. filio cum Mercero & Drusio exponit , rationis loco ad-  
dens , quod ejusmodi partus longè gravior sit , quam si femella in  
lucem prodisset , q.d. possideo masculum DEI auxilio , non femel-  
lam. Laudamus contrà Cabalistas , alibi quidem saepe leves & fal-  
laces,hic tamen graves ac veraces , dum varia in hac voce mysteria  
quærunt , dicentes tales שָׁנָה in hac voce indigitari , qui humeris  
suis portet רְאֵשׁ , h. e. שָׁרֵן terram , בְּנֵי mare שָׁמַיִם cœlum ,  
quiq. sit אֶרְנִי suscitator s. Dominus יְהוָה Deus , שְׁרֵי Omnipo-  
tent &c. conf. Gerhard. in Comm. super Genes. ad h. I.

§. 10. Anteqvam verò hinc ad tertiam ultimamque vocem ab-  
eamus , facere non possumus , qvin Ravii quoque diversum hic de  
voce שָׁנָה sentientis , supraqe m. i. punct. 2. §. 4. nominati , op-  
inionem hic notemus. Ille enim in Annot. ad versionem capit. 4.  
Genes. à se adornatam & Disputatione de Rubenis Dudaim annexam  
p. 160. existimat vocem שָׁנָה h.l. non esse Appellativum sed propri-  
um Nomen , adeoq; primogenitum Evæ nomine proprio dictum  
fuisse שָׁנָה five Isum , appellativo autem נָפָל Cainum h.e. deplo-  
randum s. sceleratum , qvippe futurum parricidam (ut sit à R. נָפָל  
mentatus est , unde נָפָל lamentum , קִינָן lamentatio) illudque no-  
men & epitheton Evam ipsi jam in partu non imposuisse , nedum  
à prima Riverbii hujus voce קָנָה derivasse , sed ignaram quidem  
at prælagam mali , aliud agendo , in media gratulatione , primis  
tribus literis Kan in Kanithi pessimo omni Kain , non vero ejus  
Nomini proprio prælusiisse ; omni vero illud Kain demum infra  
v. 25. Gen. 4. post parricidium ei reddidisse & confirmasse . Ut adeo  
Cainus , juxta Ravium l.c.p. 164. & 167. non tantum Epitheton , titu-  
lum & agnomen Kain per sceleratos mores , post nomen verum Ich  
(qvod ipsi Mater imposuerit) adeptus fuerit ; sed etiam in Kain &  
Kanithi mera tantum sit allusio paronomasiæ ( quam in nominibus  
indendis saepe e.c. Gen. 5. 29. adhibitat putat) Evæq; ignara prælu-  
cio maliq; prælagium .

§. 11. At verò cum (1) inductio aliorum Scripturæ Exemplorum  
commonstret , qvod nomen verbo יְלֹדוֹת vel וְלֹדוֹת i. e. peperit , post  
positum;

positum (nisi numerum vel sexum exprimat) ubi vis soleat esse proprium infantis recens nati nomen: conf. hoc ipso cap. 4. Gen. vers. 17, 20, 22. C. 22, 24. C. 15, 32. C. 36 4. 5. Exod. 6. 20 23, 25. Num. 26. 59. 1. Paral. 2. 17. 19. 21. 24. 29. 35. 48. 49. 2. Paral. 11. 20. &c. Unde & Ebraei ad verba Genes. 4. 1. & concepit & peperit Cainum, ita scribunt: *idem est ac si dixisset, וְקַרְאָה אֶת שֵׁם קִין כִּי אָמַרְתָּ* קִנְיָתִי אִישׁ אֶת יְחֹות וּכְן וְתַלְרָה אֶת חָנוּר וּבְרוּם בְּפִרְשָׂה וּבְמִקְמוֹת אַחֲרָיו h. e. & peperit filium & vocavit nomen eius Cain, quia dixerat: *Kanit bi, ac quis fui* Et sic intelligendum est quando infra v. 17. dicitur: & peperit Henochumz cuiusmodi exempla in hac sectione in aliis locis occurunt plurima. Et (2) collatio nominis Caini cum nomine Habel v. 2. 3. 4. 8. 9. & Seth v. 25. cumque aliis nominibus in Genealogia Gen. 5. contentis ostendat, non minus nomen Cain esse proprium quam Habel, Seth & alia in talis historia & genealogia sunt propria. Cumq; (3) eidem nomini omnia competant nominis proprii requisita & characteres, quos Ebrai imò & Christiani, in bello alias Anti-Trinitario constituti, tradunt; sc. respuere 1. nomen plurale 2. regimen 3. affixum & 4. *articulare* (quorum tamen ultimus nobis quodammodo est suspectus propter loca Gen. 4. 1. c. 3. 8. 9. 20. 24. &c. in quibus nomen primi hominis legitur cum *ה*. Et Deut. 3. 13. Jos. 1. 12. &c. ubi *המן נאש* &c.) Et 4. cum omnium versionum omniumq; Doctorum consensus (à quo non nisi urgentibus planè rationib; recedere fas est) contraria sententiae refragetur nostræq; suffragetur; Et denique (5) cum rationes adversantis sententiae inferius in 3. examinanda vacillent, nostramq; de Isch appellativo & Cain proprio non elevent, non possumus o communissimam, qualib; est appellativū virumq; notat eximiū & singularem, retinere ac tueri.

§. 12. *Eximum v. & singulare illud, quod Eva insigni illa voce Isch respexit, clarius manifestat seqvens nomen divinum יְהוָה interpolatā particulā ה נ cum voce שְׁנָה constructum: de quo non quantum meretur, sed quantum pagellæ patiuntur præcipueque huc facere videtur, non nemus. Jam v. illud potissimum è re nostra fuerit notare & mordicus contra Socinianos, Novatores aliosq; tenere, quod illud sit nomen soli DEO proprium. Nam (1) Deus illud sibi soli appro priat Jef. 42. 6. 8. Exod. 3. 15. Jer. 16. 21. C. 44. 26. (2) sancti hominis*

B 2

DEO



DEO soli seu proprium attribuunt Exod 15.3. Ps 83.ult. (3) Deus hoc nomine idolis contradistinguitur Mich. 4.5. Ps. 69.5. (4) Res nomine hoc denotata, sc. mera essentia, æterna, immutabilis, & <sup>180</sup>  
Exod. 3.14. nulli creaturæ competit (5) Judæi hanc Rabbinorum sententiam circumferunt, hoc discriminis inter alia nomina & etragrammaton יהוה intercedere, qvod cetera nomina in Scriptura aliis quoq; rebus tribuantur; at venerabile illud nomen JHOVAH soli DEO nec præterquam cuiquam (6) ipsum nomen est tantum singulare, incapax pluralis numeri, affixi, regiminis & prefissi particularis, adeoq; vere proprium: neq; (7) Scriptura illud in casu recto, absolutè & sine additamento alienante alii, præterquam soli DEO, tribuit; qvicvid etiam Adversariiogganniant. Cum igitur Eva h.l. fidei suæ confessionem de futuro Messia edens, illum non tantum Isch, pirum eximium, sed & JHOVAH appelleat, utique ostendit, sese credidisse, Messiam non nudum hominem sed & verum summumq; esse Deum.

## Punct. II.

### *Logicam loci Analysis proponit.*

S. I. Cum in præced. Analysi Grammatico-Philologica vocum significatio & acceptio sit expedita, opera non erit dispendium, brevem quoq; Analysis Logicam subjungere, qvæ nihil aliud est, definiente Danbarero in Hermen. sacr. sect. I. Art. I. §. 2. qvam sententiaz vel orationis in ea, ex quibus constat, principia resolutio. Constat autem Oratio Logica ex subjecto & prædicato. Igitur & Oratio præsens in subjectum & prædicatum, & qvæ hoc ipso involuntur, resolvenda erit. Bifariam vero Loci hujus oratio formari potest (1) *Eva gignit (possidet) virum-Dominum* (2) *possessum vel natum ab Eva est Vir-Dominus.*

S. 2. Qvod primam attinet Enunciationem: *Eva possidet Virum Dominum, subjectum ejus in præced. dicitur יהשנ הון, i. deoq; est Eva, uxor Adami.* Qvod verò non Adam sed Eva dixerit, se possidere Virum Dominum, non quidem ex verbo Kanubi possedi, qvia persona hæc ap. Ebraeos communis est; sed ex præced. dixit, qvæ tertia sing. foem. Fut. est, patescit. Qyanquam nec Eva absurdè statuitur, filium hunc non tantum putasse, sed & communem generis humani Servatorem, seqve ut com-

communem viventium matrem omnibus illum viventibus, tam vi-  
ris qvām fæminis acqvisitissime, adeoq; in persona communi merito  
dixisse: *Kanithi*.

§. 3. De subjecto s. Eva nō standū, qvod nomen suum אֶוְרָה ab A-  
damo marito suo acceperit Gen. 3.20. deductumq; sit à R. יְהִי vixit,  
cum ipsa Mater חֵרֶב i. e. omnis viventia, mutato tantum in  
ה, eslet. Neque enim in solens Ebraicis est, ut in nominibus à verbo de-  
ductis quandoque addant vel detrahant literam unam. Id qvod R.  
D. Kimchi ad Jos. 5. 9. docet: דָּרָךְ לְשׁוֹן הַקְּרָשׁ בְּשֵׁמוֹת  
הַלְּקוֹחִים מִן הַפְּעָלָה לְהַסְּפָר בְּאוֹת אוֹתָהָו  
מִמְנוּ כְּמוֹנָה מִן יְחֻמָּנוּ שְׁמוֹאֵל סִנְכָּר מִמְהָ שָׁאַלְהִיו  
i. e. consuetudo est lingua sancta in Nominibus deductio à verbo, ut  
eis addat vel detrahat literam unam, ut Noah à verbo Nacham (de-  
tracta litera מ) Schemuel à Schaal, quia à Deo petiit eū (addita lit. נ)  
Aben Ezra tamen & alii Rabbini permutationis ג' in rationem  
reddunt, ne sc: confundatur nomen חֹווֹה Eva cum nomine חַיָּה  
bestie. Non opus ergo est cum Avenario in Lex. Ebr. & R. Jacob  
Baal Hatturim nomen hoc deducere à R. יְהִי illustravit, pate-  
fecit, indicavit proferendo abdita, annunciarit, qv. exponente dicto  
Ebraorum Magistro, hac ipsa impositione loquacitas mulierum ab  
Adamo fuerit designata &c.

§. 4. Prædicatum: possidet Virum-Dominum, iterum resolvitur vel (1) in Actum acqvirendi s. possidendi, & in materiam s. ob-  
jectum possessionis s. rem posseslam. (a) Actus acqvirendi vel pos-  
sidendi intelligitur ex generatione ortus. Qvod patet (1) ex ante-  
ced. expreſſe de cognitione conjugali, conceptione & partu agenti-  
bus, qvibus immediate hæc verba subjunguntur. Conf. præced.  
punct. I. §. 7. (2) ex ipso Eva effato: qvia (a) nihil aliud continet, qvām  
summam Eva matris de partu suo lætitiam & singularem de par-  
tu illo contra Diabolum profuturo fiduciam, ex antecedanea pro-  
missione divina conceptam (b) ipsum qvoque verbum *Kanithi*  
de acquisitione per generationem alibi adhibetur. Conf. supr. m.  
2. punct. I. §. 5. Neq; (3) consequentia obstant: qvia sequenti etiam  
versu 2. rursus mentio de partu & qvidem novo, sc. Abelis fratri  
Caini, habetur. Qvocirca cum illis haut facimus, qui Actum hunc  
possidendi de fide intelligunt, q. d. possideo vera fide Messiam alio-  
quando venturum, conf. supr. m. I. punct. 2. §. ult. §. 5.

§. 5. (b) *Materia s. objectū possessionis hujus ex generatione orti  
Eres ab Eva possessa non est homo nudus s. mascula proles cum Do-  
mini no vel auxilio Domini, vel Domino nata, uti adversa vult senten-  
tia; sed Vir-Dominus s. DEUS-Homo, uti jam suprà est dictum &  
seqv. punto 3. pluribus ostendetur.*

§. 6. Vel (2) prædicatum hoc: possidet *Virum* Dominum im-  
plicitè continens hanc enunciationem: *possessum ab Eva est Vir-*  
*Dominus*, denuo resolvi potest in *subjectum & prædicatum*. De  
*subjecto s. possessio* Evæ valde controvertitur, qvōdnam sc. illud sit,  
*utrum Cain an vero Messias?* vel *utrum Eva hic de Caino an vero*  
*de Messia dicat, qvod possideat illum per generationem?* Multi cer-  
tè non tantum inter Judæos sed etiam Christianos Interpp. prius  
affirmant & posterius negant, statuentes Eam non de Messia sed  
de *Caino* sermonem instituere, adeoq; *subjectum* hujus Enuncia-  
tionis dicunt esse Cainum non Messiam. At verò stramineis omni-  
no argumentis falsaq; hypothesis, de particula *NN* non accusatiu no-  
ta, neque appositionem hic importante, sed præpositionem *tum*,  
*s. à s. per significante, nituntur, qvæ pluribus infrà refutatur.* Quid  
*qvod talia sunt subjecta, qualia permittuntur à prædicatis; jam de*  
*subjecto s. possessio* Evæ prædicatur, qvod sit *Vir-Jhovah*. Quicunq;  
ergo non est *Vir-Jhovah*, de illo hic Eya non est locuta, neq; ille  
Enunciationis hujus est *subjectum*; atqvi Cain non est &c.c.E. Major  
patet, qvia *possessum suum* Eva hic diserte vocat non tantum *Ish*,  
*Virum*, sed & *JHOVAH*, qvod nomen soli D<sup>e</sup>o proprium est.

§. 7. Distinguendum tamen hic videtur (1) inter *subjectum* Enun-  
ciationis s. *objectū locutionis directum & indirectum*. Directè enim  
Eva ad illum, qui futurus erat *Vir-Jhovah* h. e. promissum mul-  
ieris semen, respexit; licet Cain *indirectè objectum* sermonis fuerit,  
qvia non Messiam sed Cainum pepererat (2) Inter *confessionem* ipsam  
& ejus *Applicationem*: *Applicatio* quidem confessionis ad Cainum  
pertinebat, non autem ipsa *confessio*. In *applicatione* errabat; non  
vero in ipsa *confessione*: nam ex *promissione Seminis* mulieris nove-  
rat, Messiam futurum esse *Virum-Jhovah*. Diabolus enim opera-  
struere est opus divinum. Conf. infr. Sect. 2. m. 1. confess. 2.

§. 8. Denique *prædicatum Vir-Jhovah* qvid importet & a  
Messias futurus fuerit & sit *Vir-Jhovah* h.e. homo & Deus, de hoc  
& ceteris partim suprà actum est, partim infrà Sect. 2.

*Consect. 2. pluribus agetur.*

MEMBRI II. γαμοτεκνωσις

PUNCTUM III.

DISP:  
II.

Veram' & genuinam Loc'i interpretationem pluribus argu-  
mentis, cùm ex Analyse data, cum aliunde petitis,  
adstruit & firmat.

§. 1.

**C**um igitur ex præmissa jam Analysis genuinus & ortho-  
doxus verborum Evæ sensus, de acquisito per generatio-  
nem SEMINE promiso, VIRO - DOMINO , capiu serpentini  
contritore desideratissimo , jam pateat, nunc illum pluri-  
bus firmare argumentis haut pigramur. Svatet verò dictam in-  
terpretationem (1) expressus planissimusq; expresse & planissimæ Lite-  
ræ Ebraæ jam expositæ , Regularumq; Grammaticarum, jam præced.  
puncto 1. §. 2. n. 1. declaratarum, tenor, qvo particula תְּנֵנָה im-  
mediate post verbum Activum s. Transitivum (quale h̄c est præ-  
cedens קָנַת acquisiti), semper est nota Accusativi casus; conser-  
vatur tamen etiam dicti §. 2. n. 3. nota (a) & n. 4. Regulæ enim  
Grammaticæ, qvia sunt firmissima, ex observationibus & omni-  
um vel plerorumq; exemplorum aut minimum potissimum  
inductione, exstructa axiomata, temerè non sunt rejiciendæ ; sed  
potius Theologorum & Philologorum consensu ubiq; & semper  
observandæ, usq; dum aperta contextus claritas vel ipsius senten-  
tiae absurditas vel fidei conformitas dimittere illas & diversum  
sentire jubeant.

§. 2. Secundò : Singularis lingvæ sanctæ indoles, similiter jam  
suprà puncto 1. §. 1. n. 2. laudata , qva illud ipsum תְּנֵנָה duobus  
substantivis, qvorum alterum est appellativum (h. l. שָׁם) alte-  
rum verò proprium (h. l. מִזְבֵּחַ) post verbum Activum, à quo re-  
guntur, interpositum, Appositionem duorum Accusativorum  
designat. Sic Jer. 17. 13. אֶת־זֹרֶה תִּסְקֹר כִּי־זֹרֶה תְּנֵנָה i. e.  
dereliquerunt fontem aquarum vivarum DOMINUM. Conf. Gen. 4.  
2. c. 6. 10. c. 26. 34. Ezech. 4. 1. 1. Reg. 11. 14. & 23. Item Gen. 22. 2. c. 48. 1.  
Ios. 24. 3. Jud. 3. 23. 1. Sam. 15. 18. 2. Sam. 3. 14. c. 5. 2. c. 7. 7. c. 21. 1.

C

14. C



14. c. 24. 4. 2. Reg. 18. 12. 2. Páral. 13. 9. Jer. 32. 21. Gen. 17. 8. Ps. 84.  
4. Ps. 147. 11. &c. In his locis tò נָא neutiqvam (nisi absurdè) per  
cum, à, aut similiter reddi potest, sed duobus Substantivis interpo-  
litum designat duorum Accusativorum appositionem. Non et  
go attendendum, qvid huic vel alii placeat interpreti, præconce-  
pià opinione fascinato, sed potius qvid S. Lingvæ indoles, tot e-  
xemplorum inductione fulgens, importet; aut dandum est exem-  
plum contrarium, ubi in tali vocum positu particula נָא non  
per Accusativum neq; Appositionem, sed per cum vel à vel simi-  
liter, maximè in conjunctione cum nomine glorioso, reddi  
debeat.

§. 3. Tertiò: Mira Exemplorum antecedentium & consequen-  
tium, regularem & frequentissimam particula hujus usum abundè con-  
firmantium, congeries. In ultimo enim versu præced. capit. 3. qua-  
ter, inque principio hujus ipsius cap. 4. denuo quater, adeoque o-  
cties in tribus versiculis híc immediate se consequentibus: imo vi-  
cies hoc unico cap. 4. Genes. particula illa נָא Accusativi casus  
nota adhibetur. Conf. v. 1. 2. 11. 12. 14. 15. 17. 18. 20. 22. 25. 26. Qvæ  
sanè exempla immediate antecedentia & immediate consequen-  
tia, meridiano sole clariora, particula hujus usum regularem &  
frequentissimum præsentissimè insinuant, commendant & con-  
firmant, ut mirum sit velle hoc loco regularem frequentissimam  
qve, imò tot exemplis præsentissimis insinuatam & commenda-  
tam deserere significationem, ut saltem hypothesis salvetur.

§. 4. Quarto: Pulcherrima Lectorum parallelorum conformi-  
tas, e. c. Gen. 26. 34. תְּשַׁׁחַד יְהוָה אֱלֹהִים נָא i. e. & accepit ex-  
tem tò Juditham. Qui locus non tantùm qvoad positu numerum  
qve verborum, sed & qvoad constructionem & Accentuationem  
nostro planè est similimus: Utrobiqve enim (1) præcedit verbum  
Activum, & seqvuntur duo substantiva, qvorū alterum est Appel-  
lativum, alterum proprium: illic נָא & תְּשַׁׁחַד, híc שָׁׁא & וְהַ  
(2) utrobiqve duobus Substantivis interponitur נָא, qvæ utrobi-  
qve non tantùm notat Accusativum sed & Appositionem du-  
rum Accusativorum designat. (3) Utrobiqve in tertia voce, illic  
נָא híc תְּשַׁׁחַד, tertia inquam vece ratione Accentuationis, ali-  
as ver

as verò primā ratione lectionis) est Accentus conjunctivus; in se-  
cunda verò distinctivus, illic in פָּנָים dux Paschta, idem præstans  
ante Regem Sakephkatonum, qvod hic in פָּנָים Rex minor Ti-  
pcha ante Sillukum Imperatorem: adeoqve termini distinctivi  
utrobiqve cum conjunctivis transponuntur & qvidem ex tertia  
voce יְמִינֵךְ & יְמִינֵךְ in secundam פָּנָים & פָּנָים, idqve majoris vel  
expressioris emphaseos gratiâ, ad fortiorē iterandi verbī elo-  
cationem h. m. & accepit uxorem, accepit, inqvam, uxorem,  
mille cordoliorum causam, (conf seqv. v. 35.) Juditham. Ita & h.  
l. possedi Virum, possedi inqvam Virum, contriturum caput ser-  
pentis, τὸν Ἰηονάταν; qvomodo exultans Evæ desiderium empha-  
ticè denotatur. De qua irregulari accentuatione conf. Institut.  
Accent. D. Wasmuth. Reg. 13. m. 1. Aliás enim regulariter & com-  
muniori accentuandi ratione vox tertia, (illic מִקְרָא h̄ic קְרָא) di-  
stingvenda fuisset per Accentum distinctivum, quando scilicet  
duæ voces posteriores (ratione accentuationis) non eadem con-  
structione Grammatica respiciunt primam; qvod ex præced.  
membro versus primi cap. 4. Gen. eluiscit: יְהֹוָה אֲשֶׁר  
cognovit Evam uxorem suam, ubi tertia vox יְהֹוָה habet distinctivum  
Tiphcha, secunda חֹזֶה - תְּחַזֵּק conjunctivum munach: cum duæ hæ  
posteriori voces non eadem constructione respiciant primam  
Atnachatam פָּנָים; eadem inqvam constructione, qvæ cetero-  
qui datur loco Jes. 7. 2. וּרְבָשׂ יְאַכֵּל חַמְטָה butyrum & mel comedet  
conf. Wasm. instit. Acc. R. 2. m. 2. lit. α & β. Ut adeo distinctivus  
Accentus in שָׁנָה Appositionem h.l. faciat luculentiorem & εὐρε-  
χεισθεν, tantum abest ut eidem obstet, qvod alioqvi nonnul-  
lis hic perperam videtur; cùm aliás in citato parallelo & similibus  
mox adducendis, item seqv. versu 2. Gen. 4. in voce אֲדֹנָיו idem ac-  
centus Tiphcha appositioni obstatet. Conf. & Jer. 17. 13. עַצְבָּו מִקְרָא טִיבָּה אֲתָה וְהַזְּבָחָת  
dereleguerunt fontem aquarum  
vivarum τὸν Dominum, Ezech. 4. 1. וְהַזְּבָחָת שָׁרָת יְרוּשָׁלָם  
& describe super eum urbem τὴν Jerusalem 1. Reg. II. 14. Et excitavit  
DEUS Salomonis אֲתָה דָּהָר נָשָׁן adversarium τὸν Hadad & v. 23. ex-  
citavit ipsi שָׁנָן אֲתָה רָזְוָן adversarium τὸν Rezon. Add. Gen. 6. 10.

Si vero in his parallelis particulae duobus Substantiis possit  
etivum interposita non tantum Accusativum notat, sed & Appo-  
sitionem duorum Accusitorum, non obstante Accentu distin-  
ctivo Tipcha veletiam majori Sakephkatono r. Reg. n. 14.23, de-  
signat, immo ab interpretibus Græcis & Latinis ubique sic redditur,  
quare non hoc loco idem notaret & designaret similiterque redi-  
tendum esset?

S. 5. Quinto: Notabilis quatuor priorum Genesios Capitum  
sive contextus coherentia. Hæc enim magnum textu lucem affer-  
omnemque dicti occasionem, è qua dictorum intelligentia recul-  
mè sumitur, recesset. Creaverat enim DEUS hominem Gen. 1. &  
ex costa ejus mulierem adificaverat Gen. 2, utriqve etiam, con-  
cessis pluribus donis, certum cultus divini præceptum, sub certa  
mortis poena, præscripsérat, Gen. 2. Cum verò uterque à serpen-  
te seductus præceptum illud divinum esset transgressus Gen. 3.5.6.  
uterque etiam ex præcepti rigore in peccatis sibi moriendum esse  
intellexit Gen. 3.8. Hujus vero tantæ cladis & misericordiæ primorum  
Parentum misertus Deus, certa lapsis promissionem de liberando  
genere humano per Semen mulieris, caput Seductoris Satanae con-  
tritum dedit, quia adeo nudus esse homo non potuit, id quod ex o-  
pere divino, potestatis Diabolice destruccióne, colligere licebat.  
Gen. 3.15. Eva igitur per lapsum jam in miserrimum tristissimum  
que peccati & æternæ damnationis statum, è summa beatitudine  
dejecta, hujusque misericordiæ, peccati & damnationis imminentissima  
divinæ promissionis de Semine mulieris, vindice & contritore im-  
plementationem, voti anxia, ex quavis occasione sollicitè expectabat.  
Unde jam statim post illam promissionem, Caino primogenitus  
suo in lucem edito Gen. 4.1. sese matrem Seminis hujus fore præ-  
nimo desiderio gaudioque statuens, nullasque vel minus sufficientes de  
sensu promissionis & quidem de Virgine promissi Seminis matre,  
cogitationes suscipiens, sed præsentissimum Vindicem ac Contritorem  
Satanae, eumque non nudum hominem sed Virum-DEUM credens  
ex abundantia cordis, preceps voti exclamat: *acquisivi, posedi, (Ex-  
vax!) jam habeo promissum semen) Virum DOMINUM.* Ecce co-  
hærentiam sic satis notabilem!

5.6

S. 6. Sexto: pia Posteriorum Eva, per matris vestigia dulciorum, ad Messiam in nativitate filiorum respiciendi eumq; desiderando consuetudo. Hos inter laudari meretur Lamechus, qui sequenti statim capite 5. Gen. v. 29, edito in lucem filio Noe, similiter coexistens ipsum esse Messiam, summum illum Consolatorem & Redemptorem, exclamat: hic consolabitur nos &c. Evidem viae loci hujus interpretationes, quaeque obverti nostra solent dubia novimus; minimè tamen iisdem à nostra sententia, qua non minus h. c. cap. 5. 29. quam h. l. desiderium Messiae Summa consolatoris continetur, dimovemur, considerantes (1) Pronomen **ה** hic ipse: Certe enim non dicit: in hoc fruemur solatio i. e. in semine hujus &c. (quomodo etiam Dn. D. Schmidius in Colleg. Bibl. p. 162. difficultatem de errore Lamechi in persona & circumstantiis evitaturus, locum exponit) sicut Gen. 12. 3. dicitur: in te, t. e. per eum vel propter eum, qui in te vel lumbis tuis, benedicentur &c. Sed hic, hic ipse (2) Emphaticum consolatoris vocabulum, quod Messiae specialiter in sacris tribuitur Lue. 2. 25. imo & Cabalisticis (qui per Gematriam nomen Messiae **המשיח** Zach. 3. 9. & c. 12. 8. exponunt per **הַמְשִׁיחָ** consolator) ac Talmudicis inter nomina Messiae numeratur. (3) Adjuncta vox maledictionis se. per lapsum contractæ Gen. 3. 17. à qua liberatus erat hic Consolator: quam liberationem non nisi vero Messiae acceptam Scriptura refert.

S. 7. Septimo: Antiqua Iudeorum, ante vel certè paulò post natum Messiam viventium & Rabbinorum traditio. Primò enim Targum Jonathani, centum circiter annos ante secundi templi desolationem compositum (eui certè Judæi non minori devotione quam ipsi assentiuntur Scripturæ, teste Galatino 1. 12 de arcana Cathol. verit. c. 3. quamquam an Targum Jonathani in Legem sit hujus Jonathani, filii mensce Uzielis, an Pseudo-Jonathanis, inter Doctores disqviritur) ita h. l. **וְאֵת עֹמֶד**: Et Adam cognovit Evans uxorem suam, quæ desiderans erat istius Angelis & concepit & peperit Cainum & dixit: קָנִיתִ לְגָבְרָא יְהֹוָה מֶלֶךְ אָדָם: i. e. acquisivi virum Angelum illum Jehovah. Quibus certè verbis non tantum Accusatiyi notam **מִנְחָה** per **הַ** dicitur exprimit & mediæ

mediante illa voces posteriores (*Angelum Domini*) per Appositionem priori (*Virum*) conjungit: Sed ipsa etiam verba ad Messiam, *Angelum DOMINI*, applicat, qvi ceteroqvi *Angelus* sedetur vocatur Mal. 3. 1. & *Angelus facierum DOMINI* Ies 63, 9. &c. Imò & E. vam *Angeli istius desiderantem* fuisse notanter commemorat, adeoque dicti hujus occasionem præced. §. 5. citatam confirmat. Deinde & Job, *Reuchlinus*, (alias Capnio dictus, J. U. D. Com. Pal. Cæs. & Ebr. lingvæ in Acad. Witteb. Prof. Publ. primus, postea Imperatoris Maximil. II. & Eberhardi I. Ducis Wurtemb. Consiliarius, totiusque Svevia Trium-Vir, qvijuxta lingvam Græcam, quoqve Ebræam à Judæis & in specie à R. Abdia Romæ in senectute addidicit, pro singulis horis singulos ipsi aureos solvendo, & utramq; editis in lucem scriptis excoluit & illustravit, hic inquam Reuchlinus) l. i. de Arte Cabal. p. 628. & 629. traditionem Juðorum de loci hujus argumento hisce proponit verbis: *Hæc futura viventium mater, summa desperatione, tandem à Viro suo cognita, concepit & peperit primogenitum. Unde ingeni & incredibili gudio perfusa, quod putaret ei mox Salvatorem esse natum, sic exclamat: Acquisivi virum illum quatuor literarum (i. e. פָּתָן) quas litera ab Angelio jam pridem receperant, & acquisitum nominavit Cain.*

§. 8. Octavo: *Fluens & collidens adversè sententie multiplicatas nostræque constans simplicitas.* Modò enim dicunt **N** h. i. esse notam *Ab' activi*, vel dari hic locutionem ellipticam, h. e. **N** positum pro **N** à *Domino*; modò **N** præpositionem esse & significare cum, modo per; modò contendunt esse notam *Genitivi*, modo *Dativi*: ut mirum sit, quod à *Nominativo* & *Vocativo* sibi temperant, ne sc. *Accusativum* admittere cogarentur. Sed quid opus est figuris & ellipsis, quando omnia integrè perspicueque reddi possunt? Quid juvat à frequentiori & regulari particula acceptione recedere atque sententiis ita fluctuare? Nos autem simplicissimè verba juxta planissimum Ebrææ literæ Regularumque Grammaticarum tenorem interpretamus, ita ut simplex historiz connexio & vulgatissima totque locis aliis planè conformis constructio obliteretur, & omnia verba usitatum vulgatumque suum retineant sensum. Quid autem simplicior est scripturæ interpretatio, eò melior.

§. 9. Non

S. 9. Non : Periculosa adversa sententia levitas nostraeque  
perutilia dignitas. Si enim juxta adversam interpretationem pro-  
fessa fuisset ~~τραμψη~~ Eva, se Masculam prolem cum DEo vel per Do-  
minum i. e. Dei gratia vel à Domino vel Domino acquisivisse aut ge-  
nuisse, numq; vid memorabile dixisset? Nostrà vero sententiâ ex  
litera originaria & constructione usitata pulcherrimè fluit emphaticum  
piumque Evæ desiderium, momentosaque fidei ejus in pro-  
missum Contritorem ac vindicem, eumque non nudum hominem sed  
DEum quoque futurum, confessio. Adversa interpretatio fene-  
stram aperit viamq; stetit Iudaismo favetque Socinianis; nostra  
vero pro ~~γεωργίᾳ~~ Antediluvianis credita, contra Judeos, So-  
cinianos & Novatores infrà Sect. 2, notandos, militat. Conclu-  
dimus ergo verbis D. Helvici, linguae sanctæ peritissimi, qui in  
Vind. Loc. V. T. p. 70. eximiè hoc argumentum commendans:  
Etiam si, inquit, locum habere posset talis expositor, qualem Adversarii  
afferunt; tamen quia haec (nostra) ex constructione tenore pro divini-  
tate Messiae contrajudæos tam pulchre fluit, indignum est Christiano, Ju-  
daicum potius sensum amplecti quam eum, qui gloriam Christi illustrat.  
Ut & Waltheri in off. Bibl. p. 681. Mysteria Christianæ Religionis  
prodere & impiuū Judæi suppeditare arma, peccatoris Christiani factum  
non est &c.

S. 10. Decimò : Infirma Contra dicentium rationum & ex-  
ceptionum valetudo, quam sequens membrum ~~ἀνατυπώσεως~~ te-  
velabit.

MEMBR. III. ~~ἀνατυπώσεως~~,  
Adversarum interpretationum fundamenta  
destruit nostramq; ab exceptionibus  
liberat.

### PUNCTUM I.

argumenta sententie: A DOMINO, refutat.

§. I.

**A**dstructa sic satis interpretatione loci genuinæ, jam destruc-  
enda veniunt Adversantium fundamenta. Primo enim, qui  
locum



locura ita reddunt: possidi virum à Domino, fingentes Ellipsis,  
quasi **תְּנ** possum fuerit pro **תְּנָהָה**, varia producent loca, jam su-  
prām. 1. punc. 3. §. 2. allegata, qvibus illam probare ellipsis co-  
mantur. Verū magno conatu magnas agunt nugas: Siqui-  
dem in locis illis ferè omnibus **תְּנָהָה** non nisi Accusativi  
nota est. Nam (a) locus Deut. 34.1. (qvem Jun. & Trem. addu-  
cu.) **הַמִּבְנָה** DELIS omnem terram **וְעַתָּה** ad  
Dan, non reddendus est per præpos. à; sed commodissimè & re-  
ctissimè cum B. Lutherò per Accusativum redditur: **וְעַתָּה** ter-  
ram **בְּגִלְעָד**. Id qvod ex seqq. satis elucescit, ubi semper,  
qvando similes regiones nominantur, **תְּנָהָה** Accusativum notat.  
Suffragatur **אמָמָה**, ceteroqvi **Advertisius**, Antib. Bibl. p.  
m. 372.

§. 2. (B) Locus 2. Reg. 23.33. (qvem L'Emperer produci)  
**וְעַתָּה** חֲסֵפָה וְאֶת חַזְבָּבָה אֶת  
non vertendus: exigit  
argentum & aurum à populo, ut sc. posterius **תְּנ** ponatur pro **תְּנָהָה**;  
qvia possunt esse duo Accusativi, alter rei, alter personæ, qvos  
verba postulandi ap. Latinos etiam adsciscunt, h. m. exigit (postu-  
lavit) **populum** **argentum** & **aurum** i. e. exigendo argentum au-  
rumque arctavit **populum**: Qvomodo R. **וְעַתָּה** alias exponitur.  
Sic Deut. 25. 2. **לֹא יָשַׁב אֶת רְעָיו** commode redditur: non ab-  
elabit (exigendo) proximum suum. Conf. vers. seq.

§. 3. (γ) Locus Jer. 31.59. Hoc est verbum, qvod Jeremias  
Propheta præcepit Serajæ, cùm iret **צָרִיקִין** (qvem Belge &  
Piscator, item Revius l. c. opponunt & LXX, redditur **וְאֶת** סִדְּךָ  
h. c. à Zedekia, uti Junius h. l. verit) majus non habet pondus  
qvam præcedd. qvieqvid etiam videatur Amamæ in Antib. Bibl. p.  
m. 372. minimeq; probat **תְּנָהָה** positi pro **תְּנָהָה**: siquidem **תְּנָהָה** c.  
est præpositio significans cum, præcedente verbo Neutro  
h. c. in **ire ipsum** h. c. **cum iret ipse**, à R. **וְעַתָּה**: qvomodo Angli &  
Hisp. cum Tigurinis & Lutherò recte verterunt: **cum Zedekia**, d.  
Et zog mit Zedekia. Jam vero concedimus supraqvm. 2. punc.  
g. §. 2. n. 3. docuimus **תְּנָהָה** post Neutrum notare præpositionem  
cum: Hoc autem loco de, **תְּנָהָה** post **אֶתְיָה** controverti in pro-  
patulo est. Alia ergo est ratio loci oppositi, alia propositi

S. 4

§. 4. Locus Gen. 44. 4. (quem allegant Janus ut & Ravinus  
l. c.) יְצָא אֶת הַעֲרָה commode per Accusativum vertitur: egressus  
sunt urbem, quomodo & Druſius & Amama, qui ceteroqui nostrae  
refragantur sententiae, reddere maluerunt, quia & Latini sic loca  
quuntur. Quid? quod & l. c. Verbum precedit Neutrum נָצַר.

§. 5. Et licet vel maximè his in locis, præcipue ultimo  
juxta D. Wasmuth. Hebr. Restit. App. 2. p. 293. vel alibi post  
verbum Neutrum & Copia (conf. supr. m. 2. punct. 1. §. 2. n.  
4.) נָצַר respondeat תֵּדַע à ex, adeoque positum sit pro  
מִתְחָדָה; hinc tamen non conficitur etiam hoc Genesegs loco tales  
ellipsin: cum frequentissima ejus significatio, quia post Activum,  
quale hic est קָנִיתִי, duoibus Substantivis interpositum Ap-  
positionem duorum Accusativorum designat, commodissime hie  
locum obtineat, eandemque loca simul parallela, magno jam nu-  
mero commendata, confirmant.

§. 6. Præterea dictus modò Ravinus, licet ipse hunc locum  
ita vertat: genui heroa Isum cum bono DEO (conf. supr. m. 2. punct.  
1. §. 10.) tamen pro versione Targ. Onkelosi aliorumque reddenti-  
um: à DOMINO s. DEI gratiâ, l. c. p. 175. producit loca seqq. (1)  
Deut. 2. 34. וְנֹחֶרֶת אֶת־כָּל־עַיר מִתְחָדָה internecioni demus  
מלאריך כח את רוח יהוָה ex omni civitate viros (2) Mich. 3. 8.  
repletus sum robore à Spiritu Domini. (3) Psal. 21. 7. תְּזִדוּ בְשְׁמַחַת בְּנֵי נְצָר exhilarabis ipsum gaudio à facie tua. Sed Resp. ad  
(1) Locum, posse illum sic redi, ut תֵּדַע sit Accus. nota: Et  
desolavimus omnem Civitatem, Viros, mulieres, pubem, quomodo  
& Lutherus convertit. Ad (2) post verbum neutrum copia, quan-  
tum ibi est מלאריך h.e. plenusfui, תֵּדַע ponit pro תֵּדַע à ex,  
nos ambabus concedere supràque docere, m. 2. punct. 1. §. 2. n. 4.  
Hic autem quæstionem esse de תֵּדַע post Activum: aliud ergo  
quæritur, aliud probatur. Ad (3) licet ibi תֵּדַע exponendum sit per  
מִתְחָדָה à ; tamen hoc non immediate obtingere post Activum, sed  
mediante pronominis תֵּדַע, in תְּזִדוּ exhilarabis ipsum, cum  
quo & Activum jam est constructum. In qualibet positu alias quo-  
que תֵּדַע post Activum notare aliquando præpositionem  
cum, & à, jam suprà monuimus m. 2. punct. 1. §. 2. n. 3. & 4. Pre-  
inde nec iste locus quadrat,

D

PUNCTI



## PUNCT. II.

Argumenta Sententie: CUM DEO, retundit.

### §. 1.

**D**einde verò *Sixtus ab Amama* aliquo locum reddentes *Cum DEO*, pro sua argumentantur sententia (a) ex Gen. 6.9. (rectius Gen. 5.23.) *Enochus ambulavit עַל־הָאָרֶץ* cum DEO, nihilque notius esse dicit *Amama* in *Antib. bibl.* p.m. 37, qvām *בְּאָזְנֵי* passim usurpari pro *עַל־כָּל־הָאָרֶץ*. Alii vero *Exod.* 1. & similia loca adducunt. Sed committunt ignorationem Elenchi (qvod patet ex *præced.* m. 2. punct. 1. §. 2. n. 3.) *Ambabus enim largimur*; passim *בְּאָזְנֵי* post *Neutrum* s. *intransitivum*, (qvale in opposito nobis loco Gen. 6.9. est *הַלְּבָד* *ambulavit* & *Exod.* 1.1. *בְּאָזְנֵי* *venientes*) usurpari pro *עַל־כָּל־הָאָרֶץ* cum; hic vero qværitur de *בְּאָזְנֵי* post *Activum*, qvale est *בְּנִירָק*. Qyanquam & Neutra sæpe admittunt expositionem *בְּאָזְנֵי* per notam *Accusativi*, Conf. Gen. 44.4. & *præced.* punct. §. 4.

§. 2. (β) *Drusius* & *Amama* dicunt, locutionem hanc: *cum DEO i. e. auxiliante DEO*, *Ebræis* notam esse, idqve probant ex 1. *Sam.* 14.45. *בְּעַל־הָאָרֶץ* *cum DEO*. Sed Resp. l.c. expreſſe haberi particulam, qvæ si hic adfaret, & illic *בְּאָזְנֵי*, nulla supereret controversia. Alias enim *Scriptura* phrasin illam *בְּעַל־הָאָרֶץ* non proponit per *את־יהוָה* *בְּיַהֲוָה* vel *בְּאֱלֹהִים* *Psal.* 60.ult. *Jes.* 45.17. *Jer.* 3.23. *Hos.* 1.7. *Psal.* 108 ult.

§. 3. (γ) iidem *Drusius* & *Amama* p. 378. cum *Mercero* commodissimam dicunt versionem illam: *acquisivi virum*, i.e. *prolem masculans filium*, *cum DEO h. e. DEI gratia*, cùm ejusmodi partus longè fuerit gratior, qvām si fæmella in lucem prodiisset &c. Sed Resp. tunc temporis, nullo sc. existente sive filio s. filiâ, talismo di differentia locum habere non potuit.

§. 4. (δ) *Rivetus Exercit.* in *Gen. h. l.* pro argumento *præcedente* firmando etiam hoc facere opinatur, qvod *Leæ* aliaq. *Mulleres Sanctæ*, *Matrem Evam* imitantes, *gratiam* & *benedictionem* partus Deo acceptam referre non fuerint pigratæ *Gen.* 19.32.33.35. Sed Resp. longè disparem esse verborum *Leæ* rationem: Utro-

big.

biq; enim circumstantiae & positus & intentio dicentium variant. Quid? qvod parum memorabile Triverbum hoc fuisse, si iactare ~~περιμένει~~ voluisset, se à DEO vel DEI gratia partum acquisivisse: quasi aliæ matres aliunde pariendi facultatem haberent.

### PUNCT. III.

**Potissima versionis: GENUI ISUM (nomine proprio ita dictum) CUM BONO DEO, argumenta resolvit.**

§. 1.

**R**avus (quem suprà m. 1. punct. 2. §. 4. & m. 2. punct. 1. §. 10. citavimus) partim jam refutatam (posse virum cum Domino) partim vero suam simul versionem novam, modò adscriptam, stabiliturus, novis plane utitur telis, quæ sanè Drusio aliisq; Autoribus, tò ΙΣΥ per cum vertentibus, fuerunt inaudita. Non enim tantum statuit, ΙΣΥ h. l. esse prepositionem, minimè vero Accusativi notam; Sed proprium quoque recens nati nomen his contineri verbis, eumque ΙΣΥ s. Isum appellari, ita ut nomen Kain sit Appellativum, notans deplorandum nequam, opinatur. Hac verò opinione ejus stante, tam versio B. Lutheri, quam nostra, superius tota firmata argumentis, interpretatio plane vacillaret. Proinde etiam tibicines, quibus opinio ejus fulcitur, infirmare tene-

mur.  
§. 2. Repetitis vero in antecessum rationibus nostris, jam suprà m. 2. punct. 1. §. 11. contra ipsum productis, quæ sic latiss pro ΙΑΝ appellativo & ΙΗΙ proprio militant, ad Argumentum ejus l. qvod p. 176. l. c. à simili voce Adam desumit his verbis: uti appellativè frequenter sumitur vox ΙΑΝ præcedentibus capitibus, ubi notat utrumque sexum insimul vel alterutrum Viri non mariti, & hoc non obstante factum est nomen proprium in præcedd. pariter & initio hujus quarti capituli: ita ΙΑΝ est quidem suā naturā & ipsum appellativum, ita tamen ut possit etiam fieri nomen proprium, ut in Compositu Ishod i Paral. 7. 18. Istobh 2. Sam. 10. 6. Iacobeth 2. Sam. 8. &c. Resp. (i) negare nos posse, vocem Adam primò ac proprie naturā suā esse appellativum; qvod vero proprium illud nomen Adam reliquis deinceps hominibus commune sit factum, id locutione fieri tro-

D 2

pica

picā, qvā stirpium nomina pro pātronymicis adhibentur, cuius  
serē infinita in Sacris reperiuntur exempla. Resp. (2). Concede.  
re nos totam qvidem conclusionem posse, qvod scil. **וְנ** fieri  
possit proprium; qvomodo aliā appellativum restringi potest,  
ut certo cuidam individuo fiat proprium e. c. **בָּל** Gen. 4. 2. **וְנ**  
v. 25. **בָּל** Gen. 10. 14. &c. hoc ipso tamen nihil Virum proficere,  
nisi priū evincat, illud, qvod potuit fieri, etiam actu proprium  
esse factum. Hoc autem loco nomen **וְנ** factum esse nomen  
proprium per negamus, inducti rationibus suprà m. 2. punct. i.  
§. ii. adductis, qvibus tamen & seqventes aggregare non pi-  
gramur.

§. 3. Militat enim præterea pro nobis (1) absentia rationis  
hujus denominationis: nam si **וְנ** in hisce verbis, qvibus Eva Ma-  
ter introducit loquens, factum esset proprium, certè nomini  
**וְנ** simul imponendi ejus ratio adjiceretur, qvæ ceteroqvi cum  
nomine ipso semper in significatione coincidit unamqve mini-  
mum vocem continet, qvam Mater vel Parens, vel alius nomen  
imponens, cum emphasi protulit, & ex qvā nomen derivari pos-  
sit: qvomodo aliā nomen Seth fluit ex **תֵּשֶׁב**, Simeon à **יְהוָה**, Iuda  
ab **יְהוָה**, Jacob ab **בָּקָר**, Noah à **מֹרֶךְ** &c. At vero Mater hic lo-  
quens rationem illius denominationis **וְנ** nullo planè verbulo  
indicavit. (2) diversitas phrasēos ab aliis locutionibus in Scriptura usitata.  
Si enim vox **וְנ** facta esset h. l. proprium (1) nomen illud in ver-  
bis Historici non Matris contineri deberet: Ubiq[ue] enim in  
Impositione nominis recens nati & Historicus & puerpa intro-  
ducuntur loquentes, ibi semper proprium, pro proprio adhibi-  
tum, non in verbis Matris sed Historici continetur: Atqvi no-  
men **וְנ** h. l. in verbis non Historicis sed Matris continetur: Ver-  
ba enim Mosis ita habent: Et Adam cognovit uxorem suam & concepit  
& peperit Cain & dixit (jam seqvuntur verba Matris) possedi **וְנ**  
Virum &c. (2) Si nomen **וְנ** h. l. factum tuisset proprium, at  
eum certè modum Sanctus ille Historicus sermonem suum for-  
masset, qvem Spiritus S. in Scriptura S. observavit, nimirum vel  
(1) ad hunc modum, quo usus est Gen. 4. pen. c. 29. 32. Et conce-  
pit & peperit filium & vocavit nomen ejus **וְנ**: nam (dixit) acquisi-  
Virum frenum à Domino: Vel (2) iuxta Gen. 29. 33. 34. 35. c. 30. 6.

Et dixit: acquisivi virum Sirenum, שָׁמֵן קָרְאָה שָׁמֵן לְלִכְדָּן propter ea vocavit nomen ejus Ichum... Cum quo vel simili loquendi more quamdiu Triverbiū hoc non conformatur, tamdiu nō men יְהוָה pro nomine venditari proprio aut factum esse proprium probari nequit. Nihilominus tamen ḥ. ēz. evan̄sias probare conatur, actu illud nomen proprium esse factum, sicut fieri tales potuit, & quidem seqq. Argumentis.

§. 4. Argum. 2. p. 170. Quoniam verba: קָרְאָה אֶת־הַוֹּתָה qvibus nomen questionis continetur, sunt expressa Eva verba; præcedentia verē: ET CONCEPIT ET PEPPERIT CAINUM, non sunt Eva sed Historici. Ita verē argumentari velle videtur: Ubi cunqve ipsa Mater in Scripturis loquitur, ibi necessariō dat filio nomen, ibique nomen filii continetur. Atqvi Eva Mater hīc loquitur verba עֲשֵׂה אֶת־קְנִירָתָךְ Ergo &c. Sed Resp. negando propositionis Universalitatem, cuius falsitas ex locis præced. §. 3. citatis pluribusque aliis apparet, in qvibus certē nomina recens natorum non verbis Matrum sed Historici exprimuntur. Imō & de plurimorū in Scripturis nominatorum hominum nominibus propriis actum esset, si illā standum foret propositione. Ecce enim quis negaverit verba Gen. 4. 25. וַיַּעֲשֵׂה דָּבָר מִלְּפָנֵי אֱלֹהִים posuit mibi DEUS aliud Semen pro Abele, esse ipsius Matris Evā, qvibus rationem nominis filii Seibi reddit: & verba Gen. 29. 32. quia וְאֵת רָאָה vedit DOMINUS afflictionem meam &c. esse ipsius matris Leze, qvibus rationem nominis filii Ruben exponit: & verba 1. Sam. 1. 20. quia פִּיחָז־שָׁאָלָה־הָנָן à DOMINO exoravi ipsum, esse Matris Hannā, qvibus circa denominationem filii Samuelis utitur; nec tamen in illis met ipsa filiorum Nomina formaliter sive literis suis determinatae deprehenduntur, sed illa nomina ab Historico exprimuntur. Conf. plura Gen. 29. & 30. item Gen. 41. 51. 52. Exod. 18. 3. 4. &c.

§. 5. Arg. 3. p. 172. Quia יְהוָה (in sensu Viri strenui vel Herois) non est nisi omnis, uti Cain, significans deplorandum nequam, sed boni omniū, etiam cum evadit proprium. Sed Resp. infirmam plane hanc esse argumentationem: falsum enim quod יְהוָה sit nomen malī omnis & deplorandum nequam denotet, originemque trahat ex Rad יְהָה, qvā habet significationem deplorandi, lamentandi. Evidem durum omnino videtur nec præsumi potest, Eam filio

D 3

sue



suo tam detestandum pessimi que omnis nomen indere voluisse,  
vel actu ipso imposuisse ( id quod dissentiens tacite hic innuere vi-  
detur : qvanquam si sola *deplorandi* significatio retineretur, dici  
haut incommodè qviret, multas habuisse Eam appellationis  
*deplorandi* rationes : annon enim, amissâ per lapsum innocentia,  
Mater Eva cum Marito ejecta ex Paridiso erat & annon terra pro-  
pter lapsum maledicta ? annon recessus parturientis Eva dolor ?  
annon haec omnia & similia sic satis erant deploranda ? Utita Ma-  
ter Eva, horummet omnium meminientissima, *lamentatorem* fili-  
um dicere convenienter satis potuisset : quo etiam nomen secun-  
do - geniti **הבל** respicere videtur.) At verò *Cain* esse ex Rad **לְמַלֵּא**  
*deplorare* &c. non probat externa vocis forma, qva procul dubio,  
qvi nobis adversatur, fuit deceptus, vel autoritate Ludovici de Dieu,  
qvi in Animadvers. ad Gen. 4. 1. nomen *Kain Lamentatorem* vel  
*Lamentationem* exposuit, quasi à dicta Rad. **לְמַלֵּא** esset, fasci-  
natus. Neutram verò significationem, nec *deplorandi*, nec ne-  
gavam s. scelesti, admittit vox **לְמַלֵּא**, qvā verba matris comple-  
ctuntur ; qvippe qvibus rationem ansamque præcedentis ap-  
pellatoris **לְמַלֵּא** reddit, veramque nominis istius originationem  
& significatum acquisisti vel posselli vel possessionis subministrat,  
qvia **לְמַלֵּא** est à R. קָנָה acquisivit, possedit (qvanquam & Radix **לְמַלֵּא**)  
in significatione possidendi occurrit; unde Deut. 32. 6. participium  
**לְמַלֵּא possessores** *tui* : qvmodo & alia Radices in utraque forma  
reperiuntur e. c. & כֹּה & כִּמְהָ & בָּוּם & כָּוּם &c. Sic etiam קָנָה &  
**לְמַלֵּא possedit** ) id quod alia qvoqve innumera ferè loca, in qvibus  
militer nominibus recens natorum ratio ὄνομα θεοῖς subjungi-  
tur, commonstrant. Neqve produci potest ὄνομα θεοῖς exem-  
plum, in qvo significatio nominis proprii toto genere à significa-  
tione Verborum, rationem ejus reddentium, discrepet: neqve  
nim natura originis vel causæ aliter permittit ( unde & ipse dis-  
sentiens hīc consentit p. 167. nomen **לְמַלֵּא** alludere ad vocem **לְמַלֵּא**)  
Ebræis vero in fabricandis nominibus propriis non esse insolens  
qvandoqve literam addere, vel subtrahere vel etiam transpone-  
re, jam suprà m. 2. punct. 3. §. 3. testimonio R. D. Kimchi proba-  
vimus. Conf. Disp. nostra III. de Melchisedeko m. 2. punct. 3. §. 2.

S 6, Arg.

S. 6. Arg. 4. p. 172. Qvia non solum Eva mater utroque utitur nomine ISI v. 1. & CAINI v. 25. sed & Lamechus Trinepos ejus (rectius Atnepos) Caino generis sui Autori utrumque ISI & CAINI nomen dedit Gen. 4. 23. 24. Resp. Unde probabit, ψων v. 23. esse Caini nomen proprium? Nonne potius dicendum, ψων ibi indefinite sumi pro Viro qvopiam, comprobante id vel alterâ eodem versu sequente voce צי? Probare vero id conatur (sc. tam Lamechum qvam Eam de eodem loqvi homine eodem nomine proprio ψων (1) inde, qvia seqv. v. 24. mentio fit Caini. Sed unde probabit consequentiam? Certè non videmus rationem, cur idem sit subjectum per ψων v. 23. & per צי v. 24. intelligendum. Potius unicam retinuissest denominationem, si de unica loqueretur persona; præsertim si צי juxta ipsius mentem nudum est epitheton, à deploranda ejus neqvitia superimpositum: neqve enim probabile est, Lamechū generis sui Autorem nomine tam ignominioso voluisse traducere. Et unde Lamecho innotuit detestandum illud nomen Cain Atavo suo esse impositū an ipse nativitati Sethi interfuit atq; ex ore Eva tunc ipsi epitheton hoc צי superimponentis (loquimur ex hypothesi conf. g. 10. punct. i. m. 2.) audivit? falsissima verò hypothesis illa est, qvod Eva primogenito suo Isō in nativitate Sethi superimposuerit epitheton Cain, dicendo: posuit mihi Deus aliud semen pro Abele Gen. 4. 25. Et si vel maximè Lamechus idem intenderet Subjectum, hinc tamen non sequeretur, ψωנ factum esse proprium vel pro nomine sumi proprio; sed dicendum potius Lamechum adhibuisse honorificum hic appellativum ad reverentiam suam erga Atavum declarandam.

S. 7. Sed & (2) consequentiam argumenti præcedentis probare nititur ex opposita mutuoqve fibi respondentे utrinusqve Oratione, Eva late אִשָּׁה possedi Virum v. 1. & Lamechiviru אִישׁ occidi Virum v. 23. Verum neqve huic argumento ulla inest consequentia. Unde enim probabit, has orationes esse oppositas vel mutuoq sibi respondentes? Fors qvod utraqve vocem אִישׁ continet, cum verbo primæ personæ præteriti Kal constructam? Sed hac ratione etiam mutuoq sibi respondebunt verba Eva אִשָּׁה & verba Hiram Regis Tyri אִשְׁתַּחֲתֵי misi Virum Hiram z

Paral.



Paral. 2. 12. & consequenter Hirām iste missus ab Hurām neque ex matre vidua erit ortus, contra i Reg. 7. 14. neque à Patre Tyro, quod utrobius afferitur; sed ab Eva immediate genitus: Imo nec Hirām illum sed Išbūm fuisse appellatum & Cain cognominatum, eadem ratione sic satis ridiculē erit concludendum. Et posito, oppositas esse orationes, nondum tamen sequitur, **וְ** in Q. ratione Lamechi esse nomen proprium. Si verò probare id voluerit ex collatione versus 1. & 23. Gen. 4. petitionem principij committere necessum habebit. Tantum de Ravii argumentis!

#### PUNCT. IV.

*Argumenta Autorum, qui per Dativum: DOMINO, item per Genitivum: DOMINI exponunt, refellit.*

##### S. 1.

**C**Alvino & Pareo in Calv. orth. p. 154. contenduntibus, **וְ** h. l. Dativum notare, quasi Eva de filio sibi gratulata, eundem DEo tangram generis sui primitias obtulerit, respondemus in genere (1) opponendo ipsius Drusii de hac sententia judicium: in Not. enim ad h. l. minūs, inquit, semihī probat illud, ut sit **וְ** pro **וְ** quasi **וְ** **וְ** Domino. (2) dicendo, & quæ absurdè h. l. per Dativum reddi, ac si parallelum locum supra laudatum Gen. 26. 34. Elao cepit (Esa) uxorem **וְ** Juditham, ita vellemus interpretari: Esa duxit uxorem, quam offerret **וְ** Judithæ, primitias sc. matrimonii.

**S. 2.** Quod vero in specie attinet locum, quem oponunt, Lev. 16. 15. **אֶת רָמֹן קָנֵשׁ לְדִם הַפָּר**: Et sicut sa-  
gsini ejus (juxta Paræum) sicut fecit sanguini vituli, Resp. Dissimile  
esse exemplum: Nam verbum **לְדִם** minimè h. l. notat influxus  
productivum, quasi sanguinem facere s. producere debeat S. Sa-  
cerdos, sed tantum modum agendis, producendi. Restitutus e. **וְ** h. l.  
l. post verbum non transitivum redditur per **cum**, ut alia lojet;  
Unde & mox cum Dative **לְ** construitur & Luth. restitutus red-  
dit: Er soll mit seinem Blut thun / wie Er mit des Farren Blut  
gethan hat.

**S. 3.** Tandem qui per Genitivum h. m. locum interpretan-  
tur: possedi virum DOMINI, provocare possent ad locum Jes. 11. 9.  
**פְּלָנֶה אֶת רְעוּתָה** cognitione Domini, Item ad Deut. 10.  
12. &

12. & alia qvæ suprà adduximus m. 1. punct. 3. §. 5. n. 6. ubi constructionem particulæ **N** exposuimus diximusq; illam juxta nonnullos etiam Genitivum notare. Verùm Resp. (1) etiam hæc loca sunt dissimilia (2.) monuimus l. c. rectius dici Jes. ii. aliisq; locis ibi citatis, Accusativum per Ebraicum esse pro Genitivo postulum, ita ut nomen verbale e. c. **תְּנִי** cognitio Jes. ii. 9. mediante particulâ **N** regat verbi sui casum, sc. Accusativum. Interim habemus hic, qvo priorem B. Lutheri versionem: Ich habe überkommnen den Mann des HErrn (conf. m. 1. punct. 2. §. 6.) excusemus simulq; Sixtinum ab Amama & alios redarguamus, qvi per Amamæ vestigia ducti, priorem illam Megalandri versionem planè inexcusabilem contendunt, ejusq; verba ex Antib. Bibl. p. m. 372. allegant: Hanc versionem (Lutheri per Genit.) qvi excusem non invenio; ubi enim audierum vel lectum est, **N** Genitivi Articulum esse?

## PUNCT. V.

Nostram Orthodoxorum sententiam ab Exceptionibus heterodoxorum liberat.

### §. 1.

**V**is ita præcipuis adversarum interpretationum fundamentis, nunc etiam paucis, qvæ nostræ objiciuntur à Calvino ejusq; Sectatoribus, uti & Judæi ac Novateribus quibusdam, Exceptiones, partim rem ipsam, partim verba textus Ebrei respicientes, diluemus. Nam (1) Calvinus excipit, nostram interpretationem esse nimis subtilem. Sed Resp. hæc dici non probari: Eadem ergo facilitate à nobis rejiciuntur, qva afferuntur. Qvod v. nostra sententia non sit subtilis, sed simplicissima, jam suprà est ostensum m. 2. punct. 3. §. 8. Meritò igitur calvum illum centorem reprehendit Hunnius, in præfat. super Artic. Trin. & in Calv. Judaiz. p. 13.

§. 2. Paræ vero Patriarchæ sui patrocinium contra Hunnum nostrum suscepturnus, eum qvæ ab omni agyvedo<sup>2</sup> iis suspicio ne liberatus, in Comment. Gen. p. 640. & Calv. orthodoxo p. 155. non subtilia sed crassa bene multa nobis objicit. Nam dicit illam (1) frivolam & infirmam, qvia sit ex Grammatica, tautæq; ECA

rei (Iesu Christi afferenda) nimis infirmum esse argumentum ex Grammatica petitum, (2) non congruere historia (3) nec fidei, & (4) à Judæis facile eludi, & (5) eadem se nos trumper dare. Sed Resp. ad (1) cùm negando consequentiam majoris prosyllogismi, tum invertendo argumentum: Nimurum quia est Grammatica interpretatione, E. non est infirma sed firmissima: Grammatica enim non est causa infirmitatis, sed firmissimæ probationis, quando se, textum vel literam curatè considerat, & constructionem ordinat: Necesse enim est ut literam vel textum priùs Grammaticè intelligamus, quām eundem ad conclusionis alicujus Theologicæ probationem adhibeamus. Et quis ignorat, Grammaticum Scripturæ sensum esse conclusionum Theologiarum fundamen? Rectè ergo Waltherus in Off. Bibl. p. 680. Argumenta firmiora & tripla peti non possunt, quām que ex Grammatica & loquendi more à Spiritu S. usurpato arcessuntur. Ad (2) negando & provocando ad argumentum sententia nostræ quintum, à Contextus coherētia delatum, m. 2. punct. 3. §. 5. Ad (3) itidem negando & provocando ad idem argumentum, item ad illa Scripturarum V. T. loca, quæ Messiam esse DEUM & hominem testantur, unde V. T. fideles cognoscere potuerunt Messiam futurum esse Ἰησοῦν Christum, Conf. seq. §. & infrà Sect. II. m. 1. punct. 1. Consect. 2. & 5. Ad (4) Resp. 1. per instantiam: nam & alia V. T. dicta, eadem que clarissima e. c. Gen. 12. 3. c. 49. 10. Ies. 9. 6. Jer. 23. 6. &c. à Judæis eliduntur, immo & totum N. T. rejicitur. 2. Distinguendo inter illud, quod sit iure & de facto, item verè & apparenter Novi Ego Rabbinos, qui certè argumenta nostræ sententiae, præsertim è Grammatica coram exposita & parallelis firmata, cludere haut potuerunt. Idem expertus testatur D. Johan. Müller in Judaism. p. 127. Ad (5) Resp. 1. negando 2. fortius opponendo: urinam sese non trumper & nobis & Judæis darent Reformati, dum hujusmodi loci, fidei veterum in Meissiam Ἰησοῦν Christum argumenta, quantum in se est, eludendo, Judæis causam præbent, & fenestram Judaicam pietati aperiunt.

§. 3. Eodem ferè tendit Amama l. c. p. 374. dicens: nos la besaflare arduum de Christi Deitate Articulum, qui incerta hujusmodi

**S**fculneare testimonia, quibus ille non egit, pro apodictis firmis ob-  
trudimus, **E** audere se asserere, nihil in universa Scriptura esse certi, si  
hic Articulus non firmissimus in Scriptura S. fundamentis nititur. Simi-  
liter Riverus, Comm. in Gen. Exerc. 44. Nullos magis Judaismum  
**E** Arianismum juvare, quam illus, qui hanc similibusq; sententiis utuntur  
**E** nullam faciunt argumentorum delellum. Sed Relp. (1) Canonem  
quidem à Sixtino ab Amama productum esse bonum, applica-  
tionem vero pessimam, è superius adductis luculenter constat.  
(2) Neque nos primariò & immediate huac locum arduo de Chri-  
sti Deitate articulo supponimus, sed eo præsertim fine produci-  
mus, ut ostendamus, priscis quoque V. T. fidelibus, quoad rem,  
futurum Messiam fuisse creditum non modò hominem sed &  
DEum; quod certè Judæi aliquique Interpp. hic Judaizantes, cum  
auxiliari Syncretistarum cohorte, inficiantur. Conf. Sect. II. m.  
1. punct. 1. Consect. 2. & punct. 2. §. 1. Illustramus vero hujusmo-  
di testimonium vel argumentum pluribus Scripturarum V. T. lo-  
cis, Deitatem Messiam afferentibus e. c. Jes. 9. 6. Jer. 23. 6. Mich. 5. 2.  
&c. quibus Amama cum Affectis suis non refragatur. Conf. Sect.  
2. m. 1. punct. 1. consect. 2. 3. & 5. Ut adeo hic locus noster per  
illa, & illa per hunc mutuo juventur, horumq; locorum collatio-  
ne Ariani & Judæi sic satis stringantur. Neque (3) incertum au-  
fculneum dici argumentum vel testimonium potest, quod certo  
& irretrahibili sensu jam exposito gaudet, quodque non fculneis  
sed firmissimis, pauloq; ante citatis fundamentis. Et (4)  
quo tandem colore fculneum illud agnita divitatis præsidium  
vel argumentum proclaimare potest, qui nondū evicit, **תְּרוֹתָתָךְ**  
h. i. non esse Accusativum.

§. 4. Idem Amama, & Rivetus, item Pareus & alii commu-  
niter objiciunt gravissimum Eve errorem, quod scilicet stante nostra  
interpretatione ignoraverit, promissum Messiam fore semen Mulieris h. e.  
filium Virginis, quod tamen disertè ei fuerit revelatum: non enim igno-  
raverit Cainum esse Viri semen. Et inspecie Amama hoc incomodum  
dicit omnium gravissimum, quo nostra hæc sententia prematur. Unde  
sic concludit: E. Eva non putavit se edidisse Messiam. Rivetus vero  
Exerc. 42. in Gen. ita argumentatur: Si Eva hoc mysterium de in-



carnatione ipsius DEI fuerit cognitum, non potuit etiam ignorare mysterium illud tale esse debere, ut Mulier sine Viri opera conceperet filium, præsertim si hoc mysterium ipsi (secundum nos) fuerit ex Oraculo divino de semine Mulieris cognitum, intellectus. Mulere pro virginie, & consequenter nunquam ita fuisse hallucinata, ne existimaret DEUM assumeturum esse carnem ex cohabitatione Viri cum Mulere. Resp. (1) fatemur, nonnullos quidem hanc objectionem movisse, ut statuerent, Evam non putasse, quod Messiam ediderit pariendo Cainum; sed recordatam Messiam sibi & marito promissi, dicere voluisse: *Scio me vera fide posidere Virum Jehovam.* Conf. supr. m. 1. punct. 2, § ulti. Nobis tamen exceptio illa non videtur tanta, ut à communiori eaque genuina loci interpretatione, de acquisitione Viri-Jehovæ per generationem (conf. supr. m. 2. punct. 1. §. 3. & punct. 2. § 4.) quam tot argumenta m. 2. punct. 3. allata svadent, dimovere nos queat. Sufficit enim quod Eva rem ipsam & quod palmarium erat, sive mysterii de Messia medullam & substantiam novavit, scilicet DEUM esse incanandum & contritorem Serpentis infernalis sive generis humani Redemptorem fore DEUM-Hominem, erroremque in circumstancia individui, temporis & Virginitatis Matris ipso eventu fuisse correctum. (2) Neg. Consequentiam argumenti à Riveto propositi, quia (1) Eva (uti jam supra monimus m. 2. punct. 3. §. 3.) dum præceps voti, ex abundantia cordis, in hac verba erupit, nullas vel minus sufficietes de sensu promissionis divinæ, vel de virginie, Matre Seminis promissi, cogitationes suscepit, neque diu, in præcipiti quidem yoto, deliberavit, an Mater hæc virgo, an uxor esset futura, nec ita præcisè per mulierem, cuius Oraculum illud divinum meminit, Virginem intellexit (2) falsum, quod à Riveto & Amama supponitur, scil. Eva hoc disertè revelatum fuisse, Messiam fore filium Virginis. Evidem quod Messias futurus esset M̄M̄ & homo, scire poterat ex Oraculo de Semine Mulieris, caput Serpentis infernalis contritum; contritio enim capitis serpentini, i.e. potestatis Diabolica, opus erat divinum; at verò Messiam fore semen Mulieris tanum, vel masticatum ex virginie, Eva ex illo evidenter & sine formidine contrari scire non poterat; Semen enim Mulieris tam Virginalem partum

pālūm, qvām qvi fit juxta communem nāturāe cursum, notātē  
tunc potuit. (3) Notum est, qvod uti Sol non statim pleno juba-  
re exoritur, ita & lux Evangelii ac revelationis mysterii incarna-  
tionis filii DEI suos habuerit gradus & augmenta succēdīva. Ma-  
jor enim lux Evangelii fuit sub Abrahamo & Jacobo, qvām sub  
Adamo; Major sub Davide, adhuc Major sub Iesāia, qvi qvāsi E-  
vangelistā functus officio, Matrem Mēssīam futuram esse Virginem ex-  
pressē prædixit c. 7. ejusqve passionem, crucifixionem, mortem, se-  
pulturam & resurrectionem descripsit &c. In prima ergo Ecclesīa  
infantia sub Adamo simpliciter creditum est, nasciturum aliquan-  
do contritorem Satana & Redemptorem generis humani, illumque  
fore Dominū & hominem. (4) Neque mirum est Evam ignorasse  
hanc Virginitatis Matri Mēssīae circumstantiam, cum jam tem-  
pore exhibiti Mēssīae, paulò ante manifestationem ejus, mysterium  
hoc non satis intellexerint vel de eo præcisè non cogitarint Ju-  
dæorum Principes & Doctores. Conf. Joh. 1. 19. seqq. Et quod non  
soverunt de Christo errores ipsi ejus Discipuli & Auditores? Clau-  
dimus ergo hanc exceptionem verbis Gerhardi, ex Comment. in  
Gen. p. 129. Si in patriarchali Ecclesia tam fuisset perspicuum, Mēssīam à  
Virgine conceptum iri, non putasset Lamechus, filium suum Noachum  
Mēssīam. Imò post Esaiā vaticinum ne quidem constabat communiter,  
Mēssīam fore tantum Mulieris filium: alias Iohannem Bapt, non habuif-  
set pro Mēssīa Synedrium &c.

S. 5. Ulterius nobis, aliquantum Eve errorē, in circum-  
stantiis scilicet, concedentibus, sic obloqvitur Amama l. c. p. 375. to-  
rum (si posset) argumentum nostrum eversurus, è manibusque no-  
stris telum adeo bellicum & vibrans erepturus: Sitam turpiter de-  
cepta fuit in individuo, ignorans illud mysterium, Mēssīam non ex conce-  
bitu Viri, sed ex muliere tantum nasciturum, nunquid facile erit Ariano  
vel Iudeo dicere, eam in eo quoque fuisse deceptam, quod Mēssīam Iēā-  
Opator fore crediderit. Et paulò post subjungit verba Parai:  
Pietas svader, deinde Matri Eve recte sentire, eam nempe civisse & cre-  
didisse Mēssīam futurum non modo Dominū sed & semen mulieris i. e. Fili-  
um Virginis, non Viri. Sed Resp. (1) Negando Conseq. Error enim  
in circumstantiis quibusdam non simul error est in re ipsa, ne-  
que veram recipiās assertionem vel fidem in sc. sc. Iēā Opator  
Mēssīam

Messiae tollit, quām certē rem non tantum præsens Evæ estatum per Accusativum יְהוָה נָאclarè satis ostendit, sed plura etiam Scripturarum loca paulò antè citata, & infrā Sectione posteriori ulterius urgenda, evidenter probant. Quidam hæc ipsa loca, Evam in *Iesu Christo* Messiae credita minimè fuisse deceptam, evincunt. (2) Negamus, nos minus rectè & contrà Reformatos rectius de fide Matris Evæ sentire: annon enim rectius de fide eius sentiunt, qui firmissimis adducti argumentis statuunt, Evam iure ipsa &c substantia fidei rectè sensisse & Messiam *Iesu Christum* credidisse, licet omnes ejus circumstantias, pro illa Ecclesiæ infanta, non & quæ sciverit, vel præceps voti non præcisè consideraverit, illudque excusat: quām qui spretis tot argumentis evidenteribus, simpliciter negant, illam fidei confessionem de Messia *Iesu Christo* edidisse?

S. 6. Rivetus excipit, nullo sententiam nostram argumento, præterquam Grammatico, fulciri; hoc autem quām leve sit ex eo patere, quod propositionem universalem pro fundamento substernere non possumus, nempe: ubiunque reperitur Articulus **N** ante aliquod nomen, ibi est nota Accusativi; cum propositione universaliter accepta sit falsa, particulariter veritas sumta sit ridicula. Resp. (1) fallum id, sententiam hanc nullo fulciri argumento præterquam Grammatico. Conf. supr. m. 2. punct. 3 (2) falsum quoque Argumentum Grammaticum esse leve. Conf. præced. §. 2. (3) falsa denique probatio levitatis, quod scil. propositionem universalem Grammatico nostro argumento substernere pro fundamento nequeamus. Etsi enim falsa est propositione universaliter accepta, prout illam Rivetus format: *Ubiunque reperitur Articulus N ante aliquod nomen, ibi est accus. casus nota:* fallam enim evincent loca, superius m. 2. punct. i. §. 1. n. 3. & seqq. producta, scil. Gen. 5. 23. c. 6. 9. Exod. 1. 1. 2. Sam. 7. 12. Ies. 28. 15. c. 63. 11. &c. in quibus **N** ante nomen non est Accus. nota, sed præpositio valens idem quod **DY** cum &c. falsa tamen non est universaliter accepta, prout nos illam supra formavimus: *Ubiunque particula N immediatè post verbum Activum & transitivum reperitur & ab Activo regitur, semper est nota Accus. casus, & quidem in specie duobus Substantiis (post Activum) interposita, quorum alterum*

est Appellativum, alterum proprium, semper designat duorum Accusativo-  
rum Appositionem. In exemplis vero à Riveto aliisque contradic-  
tibus nostra sententia oppositis, reperitur נ נ vel (1) post  
Neutrū s. intransitivum, vel (2) mediante saltem post Activum, me-  
diane sc. alio nomine vel pronom. cum quo verbum illud Acti-  
vum jammodo est constructum, vel (3) non reperitur interposi-  
tum duobus Substantivis, quorum alterum est Appell. alterum  
verbo proprium &c. Conf. supr. m. 2. p. 1. §. 1. n. 1. 2. 3. & 4.

S. 8. Drusius & ex illo Rivetus l. c. item Ravius l. c. p. 175.  
excipiunt: Si Eva per appositionem dicere voluisse: possedit Virum Do-  
minum, tunc Articulus נ נ geminatus fuisset h. m. נ נ אִישׁוֹת  
אֶת אַחֲרֵי הָבָרֶה, qvomodo seqv. v. 2. Gen. 4. dicitur  
לְדֹבֶר אֶל פָּרָא וְעַזְבֵּל, & Zach. ii. 10. Resp. Non diffitemur,  
passim Ebraeos in hujusmodi appositione Articulum נ נ elegan-  
ter geminare: Conf. omnia illa appositionis exempla, suprà abs-  
nobis adducta, exceptis sex prioribus. M. 2. punct. 3. §. 2. Quid?  
qvod Gen. 22.2. particula נ נ tribus omnino vicibus in uno appo-  
sitionis exemplo adhibetur; sed perpetuum illud non esse, sex illa  
priora appositionis exempla paulò ante jam excepta, eademque  
planè parallela, seqventi §. 4. citati puncti & membra reproduc-  
ta, satis superque probant: in illis enim נ נ non geminatur, licet  
appositiō sole meridiano clarior elucescat. Hinc & ipse Amama,  
qui cetero qvi adversari Drusii sententia maximopere suffragatus  
nostraeque simul refragatur, ita ad hanc exceptionem Drusianam  
respondere l. c. p. m. 374. veritatis evidentiā coactus est: non celabo  
tamen, non adeo perpetuum esse illum loquendi modum, ut non admit-  
atur exceptionem: Ecce enim locum Ezech. 4. 1. qvi ipse ex parallelis  
est jam, à nobis reproductus.

S. 8. Idem Amama p. 375. mis̄a hac Exceptione, ad aliam con-  
fugit, plusculumque roboris habituram esse sue partis exceptionem pu-  
cat, si dicatur, pronomen נ נ vel נ נ אִישׁ prefigendum fuisse, si Eva ad promissionem  
illam de Semine mulierū respexisset. Sed Resp. neque illam Ex-  
ceptionem Amamā plus roboris habere quam Drusii: siquidem  
acc illud perpetuum est, ut semper נ נ Articulare Nominibus cer-  
cum



etum & singulare subjectum denotantibus praefigatur: Imo & falsa est hypothesis, quod ubi habetur **נ** demonstrativum, ibi certum semper individuum intelligatur, & simul fallacia causae, quod **נ** demonstrativum semper addatur propterea ut significetur individuum: unde nec individuum non notatur, ubi **נ** non praefigitur. Ecce enim primò ex multis locum Gen. 49. 9. ubi voce **תְּרִילָה** Patriarcha Jacobus digitum ad Messiam intendit, quod ipse Amama in Antibarb. Bibl. ad l. c. p. m. 448. ex professo incusat dicens: *vocemesse formæ שִׁילָה & קִיטָּו, קִימָשׁ & significantem SOSPITATOREM, TRANQVILLATOREM, OMNIS TRANQVILLATIONIS AUTOREM, ut נ sit thematis (Radicalis) signata, à themate שְׁלָחָן, unde שְׁלָחָן Schatvah, tranquillitas, ut vel hinc vides, quanta sit inter duo isthac nomina SILOH & JESUS affinitas.* Jam autem vox illa **שִׁילָה** sine **נ** Articulari legitur, etiam si certum & singulare subjectum, eundem scil. Messiam, designat. Deinde conferantur loca parallela praeced. m. 2. punct. 3. §. 4. producuntur, in quibus certè Articulus **נ** substantivis **תְּשִׁין**, Gen. 26. 34. **נַפְרָא** Jer. 17. 13. **יְהֹעֶד** Ezech. 4. 1. **נַפְרָא** Reg. 11. 14. 23. licet vel maximè certa & singularia notem subiecta, non legitur praefixus. Unde **הַקְבָּדָה**, qui cetero qui recensitis aliorum sententiis suum suspendere judicium maluit, in Not. Theol. Phil. ad h. l. isti Amama exceptioni parallolum opponit locum Gen. 26. 34.

§. 9. Alii Arcentum distinctivum Regem minorem Tipcha in voce **שִׁין**, tanquam obstaculum appositionis inter **וּנ** & **תְּנִינָה** opposunt. Sed hujus exceptionis solida resolutio petenda est ex punct. 3. §. 4. praeced. membra 2. ubi adductis pluribus parallelis ostensum est, tantum abesse, ut Tipcha hic obster appositioni, ut eandem potius reddat luculentiores & **שְׁמָרָה** legimus. Atq; ita omnes contradictentium rationes & exceptiones, partim ex ipsa, partim ex verbis Ebræi textus desumuntur, sua infirma te cadunt, & contrà interpretatio nostra, qua **וְגַדְלֵה** dicimus, acquisivi (genui) Virum **וְיְהֹוָה**, ad Messiam respexit illumque Deum-Hominem confessa fuit, adhuc **וְנִירְאֵת**.

**וְיְהֹוָה** perstat. Et tantum de genuino Loci sensu!





fluenta Nili & ex iis expectatam anni pietati. Imò malim ut nunquam fluvia excandationibus pellicitur & sacrificiis verò postea pejus habuit Resp. Roma Nilus agrorum canonicorum irrigato dictione intumuit, ita largè se effudit ut trarium metum conjecti Ægyptii, ne pertimuerint.


XVIII.

Sed ad ultimum est accedendum maria cœls, per quæ Auctor nostri libri qvām Solem & Lunam, quæ sunt lumina spicui per se visibiles, quibusq; mediabit mnia. Arist. l. 3 de anima c. 3. Sol Ægypt Græcis summiæ venerationi fuit. Pe maximus Deorum dictus, ut & de Alio qvod maximum Deum solem agnove & Floridanum eum adorant hanc ob ore suo omnia producat; unde cibum & sacra facturi partem de esca Sole Utine Floridanorum subditi. vid. Alio 35. paulò ante qvām ver inciperet, tenibus instructum, optimis herbis con cornibus collo & ventri fructus selec. Ornata cum pellem tibiis & canticis nissimâ procerissimâ arbori imponere orienti obversis. Preces suas sun Solem effundebant, supplices rogant jam obtulisset fructus iterum produc qvidam eorum Rex, teste Gothofr. in cum hoste pugnandum esset, victoria

XIX.

Ex recentiori historiâ hac pauca

C 2



eposuisse  
re vera  
Anne  
rtè, sed  
a bene-  
an con-  
rentur,  
lumi-  
nitelligit  
tus per-  
etera o-  
ibus &  
Jagetis  
seritur,  
niensēs  
d calo-  
umptū-  
jiciunt.  
ni iconē  
im cor-  
uebant,  
gabant.  
e amoe-  
& pecto-  
tiâ erga  
odi qvos  
r. Est &  
cùm ipsi  
catus.

e Grön-  
lan-